





LUCIANI
DIALOGI
79
INCUNABULI
L
5
17
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze














Rom. 127

[Roma, Georg Lauer c. 1470]

Java - Cat. Modena 846

H - 10269

80 carte e non 90 - 24 linee



Bona fabula hec:que loquitur nobis tot utilia
Auꝝ quid sit.& quã stulte tãti reputatur.
Auro fidens Cresus auri gracia periit
Aureis muneribus nõ delectatur deus.
Affectus animi cõparãtur apum examini.
Beati qui uere fuerint:aut felices.Solon.
Beatitudo in morte iudicãda Solonis.
Charon qs demon sit:& quod eius officium.
Cresus quo mõ cũ solone disputauerit sed uictus
Charõ risus occasio fuit colloquii cũ Mercurio
Cyrus quõ post multa ꝑlia finiendus ꝑdicitur.
Diuicie quã sint uane:& irridende sapiẽtibus.
Fortitudo Milonis quãta:& post mortẽ nulla.
Hoĩnum & urbiũ idem exitus:qa peritura.
Homĩes mũdani q̃re nõ audiũt bonas ãmoĩtões
Homerus quid cãtauit ad inferos euectus.
Mors intercipit uota multoꝝ inspirate.
Mortis mĩstri febris.qui uocãt homines.
Nudus quisq; egredit̃ hominũ:& pauper.
Solon solus iudicatur sapiens qa spreuit auꝝ.
Trãslatio ista noua cur facta sit in ꝓlogo.
Vita hũana pulcre simĩlat̃ diũsis naturalibus.

Iste sunt rubrice in dialogos luciani

Luciani dialogus q inscribit Charō latinus p Rinutiū denuo fcūs ad reuerēdissimū patrē dominum Iohannē cardinalē morinensem. Seraphius.
Dialogi argumentum. Demon ille.
Incipit dialogus. cuius īterlocutores pmi sūt Mercurius & Charon. Quid tu rides o charon.
Hoc Luciani opus p me Bertoldū ex greco trāslatū tibi de Czābeccariis mitto oratoꝝ inclite peregrīe. ut ex correctōe tua & labore meo. aliq̄ eternitas oriat. Iupiter amabilis. Epistola que posita est retro post tractatū de pstantia debet signari ꝙ sit pfatio quedā añ tractatū sequētē scilicet. Obsecro.
Luciāi dialogus p Rinutiū denuo trāslatus cuius interlocutores sunt Charon & Palinurus. Obsecro.
Prohemiū libelli de pstātia triū principū uidelicet. Alexādri Annibalis & Scipionis. trāslati per clarissimū uiꝝ Leonardū aretinū. Cū ī rebus bellicis
Incipit libellus altercatiōis Alexādri & Annibalis de prestantia. Alexander.
Luciani uiri clarissimi fabula de uenātione [naniga]. uel tirāno. cuius īterlocutores sunt Charō Clotho Mercurius Radamātus Megapētes Ciniscus & Micillus mortuus lucerna & lectus denuo trāslata p uenerabilē patrē Cristoforꝝ psonā. Ro. porē in. S. Balbina.
Eiusdē Luciani per eundē translatus tractatulus de uenditione uitaꝝ. cuius interlocutores sunt Vēditor Mercurius Emptor Philosophus.

SEraphius Vrbinas uir utriusq; iuris interpres: nostri temporis primarius. Reuerēdissime pater: gentilium libros de optimaꝝ artium studiis: cū datur ocium frequentius legere solet. Is nuper: cum Luciani philosophi: apud grecos suo tempore clarissimi quendā legeret dialogum q inscribitur Caron. latinū nescio quo interprete iam diu factum: me pro mutua inter nos consuetudine rogauit: ut illum sui grā emendarem: corrigerēq;: quoniam extarēt q̄multa eo mendosa: q ad sentētias explicandas: esset opus Sybilla interprete. Ego uero illi uiro inprimis doctissimo: mihiq; amicissīo morem gerere cupiēs: dialogum illum cepi prius grecum: deinde pariter & latinū: quem ut uidi minime sum miratus: si paꝝ aut nihil intelligi poterat. Quoniā nō cōuersus: sed maiori ex parte cōfusus ac peruersus erat. Grece. n. cum distīcte atq; dilucide loquatur: apud nos distorte & cōturbate per om̄ia fere ꝓcedit. Itaq; his inmēsis caloribus: denuo e grecia ī latiū traduxi uerbis



latinis ita instructum: ut cũ iocunditate legi: & sine difficultate possit intelligi. Cui uero hũc ipm adscriberem: non de nihilo tua dñatio mihi occurrit: quã nõ me fugit litteratoꝶ uiroꝶ esse amãtissimam: & qui ad bonos mores & ad hũane uite instituta spectãt. eos sermones: summa cum auiditate & legere & audire solere. Hunc ergo dialogum quem tuo dedicaui obsequio: ut qua me soles: ea cũ benignitate suscipias: rogo. Quẽ qdem cũ legeris: nimiꝶ & ꝓculdubio letaberis Sed opus est attentione: quoniã Mercurius iã loquitur cum Carone.

DEmon ille noĩe Caron: qui ut poete aiũt mortuoꝶ aĩas: ꝑ acheronta flumen trãsfert ad inferos: cupiẽs res hominũ actusq; cognoscere: exorata a plutone unius diei uenia: uiuentium regionem ascendit. atq; inprimis cũ uidisset quẽdam ab amico uocatum ad cenam: seq; ituꝶ illi pollicitum: repẽtino imbricis ictu humi mortuũ cecidisse: uehemẽter arrisit. ei ridenti Mercurius Iouis iussu: ex negotio missus obuiat: suiq; risus causam rogat sic inquiens.

MERCVRIVS

QVid rides o Charõ? et qd apud superos relicta Cymba uenisti: qui non sis solitus intueri lucem? CHARON. Ego qdẽ o Mercuri: iam diu optaui res hominũ actusq; uidere: qui cũ e uita decedunt: tãto cordolio merent. Nam sine lacrimis ac merore apud nos nauigat nemo. itaq; a plutone exorata uenia unius dumtaxat diei: ceu Thessalus ille adolescens: omisso paululũ officio remigandi: hanc lucem ascendi. Qua in re: hunc tuũ occursum duco mihi cõmodissimum. nam cũ res humanas probe teneas: eas mihi ut ostendas uelim. MERCVRIVS Non est mihi in p̃sentia ocium: iussu enĩ Iouis ad obeunda negocia pergo: qui cum esset acutus ad iram: uereor ne si tardus fuero: me adiicet familie ur̃e: a celoꝝ culmine deiciens: & ego instar Vulcani: pede altero claudicãs: uobis exhibeã risum: pocula inferis propinãdo. CHA. Non potes o Mercuri: hac tantula in re: tuum mihi denegare obsequm: cum hospes ac cõnauta sis mihi apud inferos. Atq meminisse debes. q̃ nec sentinam exhaurire: nec remũ trahere te iubeo: quamq̃ sis humeros latus: & ualeas lacertis. Sed

trāstra super sedens: & qnq; recumbās distentus: cum mortuoꝝ quouis tota nauigatione cōfabularis: & ego solus et senex: ut plurimum duco biremem. Itaq; amice te rogo: ut non desis huic improbo desiderio meo. q si me deseris: a cecis differam nihil. Nam ceu illi errāt ac labuntur intenebris: sic ego lippis oculis lumen aspicio. Veꝝ si mihi morem geres: nec diem nec operam perdidisse cognosces. MER. Res ista sine plagis ac pugnis: & sine meo magno malo q fieri possit nō uideo. tu puncto temporis ea putas posse uideri que intueri lōgiori opus est die. nec id preconis uoce facere mihi licet ininssu Iouis. Tu p̄terea si hic inter mortales moram trahens: non transuectabis in tempore mortuos: Plutōis regno dederis pauperem. Eacus quoq; egreferet si intelliget sibi fraudari portoriū. In his tamē difficultatibus maiori meo cum periculo geram tibi morem. Verum quid sit opus facto: iamiam animo uertamus. CHA. Hec tuopte prospice ingenio o Mercuri: nam que sunt supra terram: cum sim peregrinus eorum nihil noui. MER. Excellētiori quodā loco nobis est opus o Caron unde omnia ꝓspici possint. Qꝫ si qres ascendere celum: nullus esset nobis labor. Nam ex eo loco

celum: nullus esset nobis labor. Nam ex eo loco
quasi e quadam specula: cuncta intueri liceret.
Verum tibi q inter manes perpetuo uersaris: cum
Iouis regiam ingredi fas nõ sit, res ipsa admonet
ut aliquẽ eminẽtiorem locũ cõsideremus. CHA.
Que solitus sum dicere uobis cum nauigamus o
Mercuri: ea te meminisse decet. Nam quãdo uis
uẽtorum uela uehemẽter impetit: ĩtumescitq; fluc-
tibus unda: uosq; nauigatõis impiti iubetis: nũc
uela laxari: nunc contrahi: aut ea permittere
uentis. ego in puppi sedens: ac clauũ tenens: nõ
inscius eorum que facto opus sunt: uobis silẽtium
indico. eodem modo tu o Mercuri ceu guberna-
tor in huiusmõi re: ea facies que pociora putes.
Ego uero ut lex extat apud laphitas: tacitus
sedens: que iusseris parebo. MER. Dicis q̃
belle: iam tibi indico silentium. inueniam certe
speculam huic rei idoneã. Nunc Caucasus mõs
uel illo celsior pernasus: aut utroq; eminentior
olimpus erit comodior: nõ de nihilo cũ aspicio
memini olimpum: sed opera tua mihi est opus.
CHA. Iube: nam quoad ualeo tibi operã pstа-
bo. MER. Extat apud Hoemrum poetã: inter
grecos clarissimum: q duo Eoli filii cum adhuc

essent pueri: ossam a radicibus euellētes. olimpo super imposuere. deinde pelion sup ossam: rati p hunc modū posse ascendere celum. Sed quia ut Iouis hostes: dederunt merito penas. Nos uero cū nihil aduersus deos agamus: quid obstat ne montes mōtibus supimponamus: ut de sublimiori quodā loco cūcta intueri possimus. CHA. Poterimus ne o Mercuri nos duo pelion eleuare & ossam. MER. Quid ni o Charon: an censes nos q inter deos numeramur: illis adolescētibus esse imbecilliores? CHA. At non uidetur possibile: q res tāta per nos duos possit fieri. MER. Tardus es ingenio Charon: & poetaꝝ minime peritus. nam Homerus ut supra dixi poeta inprimis clarus: duobus uersibus ascēsum nobis in celū fecit. adeo facile: mōtes mōtibus superimponit. q si hoc miraris: qd faceres si Athlāta cognosceres: quē humeris celū sustinuisse cūcti fere decātāt poete? Is ut aliqn̄ ab eo quiesceret labore: asserūt Herculem iouis & Alcmene filium illi tante moli supposuisse caput. CHA. Ista etiam audiui. sed ne uera sint tu Mercuri ac poete norint. nos nostꝝ negotium prosequamur. MER. Verissima sunt o Carō

nec sapiẽtissimos hoĩes ista finxisse putes. ue℞ ut ais: ossam prius submoueamus: ueluti Homerus ipse architectus optimus nos suo carmine monet Age iam susum: iã lacertis robustioribus. o cernis ꝗ facile hãc cõfecimus fabricã. ascẽdã igr̃ an sit hoc satis ut uideã: uel aliũ oporteat montẽ sup̄ imponi. hũilis nimiũ rei nr̃e hec eminẽtia ẽ. nã ab ascensu solis: uix ionia lidiaq; uidentur. Ab occasu solum italia ac sicilia. Ab aqlone hister. ab austro creta: nec ista liqdo apparent. Quare oeta nobis est etiã mouẽdus: & super omes parnasum ipm̃ poni oportet. CHA. Ita faciamus sed uide ne supra modũ opus extollẽtes simul cũ illo humi ruamus: & acerbũ in Homeri fabrica fractis ceruicibus periculũ faciamus. MER. Bono sis aĩo: in tuto cuncta cõsistant: trãsferamus oetam: nũc superimponamus olimpum. En rursum ascendo: examussim res se habet. cuncta enĩ undiq; apparẽt: ascende iã Charon. CHA. Da dexterã: o tãtam molem me iubes ascendere. MER. An ignoras ꝙ nihil magnũ sine periculo quis cõsequi potest? tene dexteram: caue ponas in lubrico pedem. o factũ bene: iam ascendisti. aduerte: hic parnasus biceps est: cõprehen-

damus uterq; uerticem eius: ut queamus cuncta prospicere. pspice: iã orbem terre uides. CHA. Video terram satis latam: quã ingens quodam circũ labitur stagnũ: cerno mõtes & flumina: cocito & flegetonte maiora: hominesq; pusillulos & eoꝝ quasi quosdã nidulos. MER. Vrbes ille qdẽ sunt: quas tu nidulos appellas. CHA. Video o Mercuri frustra nr̃os fuisse conatus: & parnasum cum castalio & oetam paꝝ prodesse: nam nõ ueni ut mõtes & flumina pspicerem: sed intueri cupio hominũ actus: & qbus rebus innitãtur percipere: quod tibi scire licuit: cum mihi ridenti obuiasti: & mei risus interrogasti causam quã ex nimio risu tibi aperire nequi. MER. Que nam fuit illa? Cedo. CHA. Ego dicam tibi. Cum qdam ab amico uocaretur ad cenam: seq; ituꝝ illi promisisset: repente ictu imbricis: q nescio: quo mouente ex tecto decidit: exanimis humum capite pulsauit. hoc cũ aspexi: risi uehementer. quia quod pmiserat: non prestitit. Veꝝ aliam aggrediamur uiã: ut que cupio ea pcipere & intueri ualeam. MER. Mane sis: nam te ab huiusmõi cura leuabo: & que cupis: ea ut luce clarius intuearis: ui carminũ efficiam. quibus

4

item & sepius prefatis eripiam nubem que tibi oculos caligat. CHA. Prefare carmē. MER. Iam detersi caliginem ab oculis: ut ait poeta: qui cū cecus esset: probe nouit deos & hoīnes: CHA. Homerum dicis? Is nimium cecus fuit. qd cōtraxisti frontem? noui eqdem illum ipm quem dicis Homerum. MER. Tu remo & naui semper incumbens: nosti Homerum? CHA. Noli artem nauigādi mihi exprobrare: quod te haudquaq̄ decet. Sed q̄ illū pbe noui: hinc scire uel maxime potes. Nam per acheronta cum illum naui trāsueherem: orta tempestate: eos uersus canere cepit: qbus infaustum nauigātibus iter describit Neptunus nubes collegerat atq; tridente. Immisso: miscet magno cum murmure pontum. Et pelagus totū cōmouit sedibus imis. Et cū unda uehemētiori turbine cōcita: puppim repente irrueret: illāq; pene euertisset: hec & alia euomit carmina. Sed dicas mihi uelim: qs ille qui tāta carne suffultus: forma & corporis magnitudine decorus: uertice ceteros supereminet mortales? MER. Ille est Milo crotonias: cuius delaudibus uniuersa reboat grecia. q̄ olimpie p stadiū humeris uiuū sustituit bouem. CHA. Quanto

maiori preconio dignus est Charon. Milo qui paulo post Charonis cymba impositus: cum se prostratum abiectumq; uidebit: plorauit: memor palmaꝝ ac laudũ suaꝝ. Nunc q̃a thauꝝ humeris in stadio sustinet: non censet ad nos aliq̃n se esse uentuꝝ. MER. In tãto corporis robore non cadit cogitatio mortis. CHA. Omittamus inpresentia risum: quem dum nauigabimus Milo nobis habũde p̃stabit. cũ ne dum thauꝝ sed culicem sustinere neq̄bit. At quis ille alter forma & specie honestus? nõ quidem grecus: ceu ex ip̃o habitu apparet. MER. Cyrus o Caron filius cambisis: qui a medis in persas trãstulit imperium: & qui deuictis assiriis: babilonem redegit in dictionẽ suam. & nũc lydiam tendit: Creso bellum illaturus ut eius regno pociatur CHA. Vbi nam Cresus ille? MER. Illic fige intuitũ: uides ne arcem triplici muro cinctã CHA. Video. MER. Sardis illa est regni caput. Item illic est Cresus: q̃ aureo recũbans strato: uerba facit cum Solone atheniẽsi pħo. CHA. Quid nã inter se cõfabulãtur? MER. Audiamus igit̃. Cresus: attice hospes diuicias uidisti ac thesauros meos: & q̃ntum argẽti auriq;

defecati: & q̃plures me sequantur opes. Cedo excũctis mortalibus noscis quẽpiam: quẽ in felicitate p̃ me haberi existimes? CHA. Quid respõdebit Solon? MER. Nihil hũile: nihilq; abiectũ: qd ipe audiendo percipies. SOLON Quos in uita noui: eorũ duco esse felicissimos Cloebin & Bithoen sacerdotis argolice filios: q matrem curru impositã: cũ iumenta tardarent: iugo colla subeundo: Iunonis phanũ usq; perduxerũt. CRESVS. Hoc sibi habeãt pacto priores istas felicitatis partes. At cui attribuis secundas? SO. Thelo atheniẽsi: q quoaduixit recte & probe uixit: & ad postremum pro patria mortem subire nõ formidauit. CRE. Igitur nõ uideor tibi quoquo pacto dici beatus. SO. Haud qdem: nam nisi ad finem qs ueniat uite: nõ potest recte meo iudicio dici beatus. Quippe in morte rectum beatitatis existit argumẽtum. CHA. Perpulchre Solon ac nostri memor: q ante ipam nauigationẽ nõ censet rectũ de hoĩs felicitate posse dari iudiciũ. Vez quos Cresus delegat qui sunt: quid ue insuper secũ ferunt? MER. Aureos lateres Apollini pythio cresus oblatũ mittit oraculi grã: quo nimiz peribit. nã

ſupramodũ auruſpices ſeqtur & ariolos. CHA.
Eſt ne illud aurꝫ quod ſuo ſplendore mortales
ut audio faciunt tanti? Id nunc primum uidi.
MER. Illud eſt o Charon: ꝑ quo indeſinẽter
certatur inter homines. CHA. Equidem nõ
uideo quid inſe cõtineat boni: niſi hoc ſolum ꝙ
ferẽtibus graue ſit onus. MER. Bella: inſi-
die: furta: cedes: periuria petulatus: ſacrilegia:
nauigatiões: ſeruicia ꝑ illo enixe fiũt. CHA.
Illud habere uel nõ: parꝫ ꝑfecto refert. Nã cum
ad nos deſcendũt: ꝑter obolum: quẽ ꝑ portorio
a ſingulis colligo: priuſ ꝗ nauim ingrediantur:
afferunt nihil. MER. Pro illo ſane: eo in-
ſaniũt qđ e terre uiſceribus ceu plumbũ effodiũt.
CHA. Extremã quãdam de mortalibus mihi
narras inſaniam: qui ꝑ re tam graui: pallidaq;:
tot labores ac pericula ſubeunt. MER. At
Solon ille nec aurꝫ querit: & q querũt eos aſp-
natur. CHA. Et ille ſolus certe ſapit: quod
paulopoſt ex ipo Creſo patebit: qui auro fidẽs
auri grã peribit. Nam ſimul cũ regno in manũ
Cyri uiuus pueniet. qua uictoria Cyrus elatus
ꝗprimũ & ipe humane fragilitatis dabit exem-
plum: qa per inſidias ab hoſtibus capietur: eiuſq;

.i 6

caput: utre hũano sanguine pleno popprobriũ includetur. Sed quis nam ille est clamidem purpuratus: & caput diademate cinctus? cui coquus exempterato pisce anulum reddidit. MER. Policrates sannoꝝ tyrannus: qui supra cũctos mortales se putat esse felicem: a qua deceptus opiõe: mox & ꝗprimũ se cognoscet. Nã ꝑ Menãdrum seruũ hosti tradetur: cruciq; affiget̃: & huiusmodi sane ludos: absq; intercapedine dat Clotho nr̃a mortalibus. CHA. O generosa Cloto ut truncas: trunca hoꝝ ceruices & crucifige: ut discãt mortales quo magis extollũtur: eo maiori casu se ruituros. O capita ridicula: & tunc uel maxime: cum eos nisi nudos cymbam ingredi nõ permisero: sed uestem: thyaram: stratũ aureum humi dimittere iussero. MER. Qui mare nauigãt: qui bella gerunt: q iura dicunt: q agros colunt: qui cũ fenore mutuãt: qui quoq; mendicãt: eos nisi nudos nõ admittes? CHA. Nudos: immo reꝝ omnium nudissimos. nũc sane uideo uitam mortaliũ turbinibus uariis: uariisq; erroribus plenam esse ac refertam: eorũ q; urbes: apium aluearii similes: in qbus singuli suũ habent aculeum: quo ceu uespe proximum quemq;

ſtimulãt: & quẽ uis feriunt humiliorem. Turba uero que circa illos uolitãt: qui ſunt? MER Spes: metus: egritudo: leticia: odium: auaricia: inuidia: ac reliqui animoꝝ effectus: quibus nõ deeſt ignorãcia pariter & deſidia. Spes tamẽ & metus priores ſibi uendicãt partes. Nam animi affectus nũc eleuãdo: nunc deprimẽdo: nõ ſecus illudũt hominũ genus: ac apud inferos cernitur Tantalus ab unda illudi. ꝙ ſi intuitum acrius figis: uidebis parcas ſua cuiq; ſtamina trahere: ac tenuiſſima ceu aranee fila ſupra ſingulos de celo deſcendere. CHA. Video probe tenuia ꝗplura fila: longeq; perplexa: tum uni: tum alii deſcendere ſupra caput. MER. Fatoꝝ lege eſt illa filoꝝ implicitas: ut unius ortus ſit alterius interitus: & hic illius: ille huius fiant heredes: & cui ãguſta exiſtit ſeges: is locupletis cõſequatur bona: & alius item alius ueluti folia que uento mouentur. Nam alia humi ſtatim decidunt: alia ſurſum uentoꝝ ui eleuãtur: & ad terram item decidũt. Sic homines qui in ſublime tollũtur: cũ filum pondus nequit perferre: ingenti ſonitu humi decidunt. ſed qui ab humo par erigitur: cũ cadit: ſine ſtrepitu cadit: eiuſq;

casus uix ab ipsis auditur uicinis. Quippe omẽs pendẽt tenuissimo filo. CHA. Ridicula ꝓr-sus hec sunt & insanie plena. MER. Quãuis merito sint ridicula: iureq; sperñeda. uerbis tamẽ exprimi non posset quãto studio ista exquirunt: que dũ sequũtur: mors ut uides eos intercipit: cuius ministri: febris: thisis: lateꝝ dolor: gladii: aconita: iudices: tyrãni & alii lõge plures morbi ac cedes cõtinue circũueniunt. Veꝝ cum in hos incidunt casus: tunc frequẽs illud emittũt. heia hei omi hau. Q si ab inicio considerarent q̃ breui spacio e uita decedunt: huiusm̃õi rebus humi relictis: uiuerẽt prudentius: ac minori cũ dolore mortem obirent. Sed quia putant ab his rebus nunq̃ posse auelli: cũ mortis ministri eos uocãt: egerrime ferunt. nõsecus atq; is q domũ hedificare festinat: deinde morte preuẽtus: illã non plene structã: relinquit heredi potiundam. Alius item gestiens ꝙ sibi natus est filius: amicos ad cõuiuiũ uocat: illi patris nomẽ imponẽs: ꝙ si sciret eũdem in extrema miseria moriturꝝ: nunq̃ sano iudicio de tali nato letaretᷣ. At spe ducitur. q; in uiꝝ euadet: & uictor ex olympia paternam domum in ꝑmium reportabit. Et cum

uicinum funus nati uideat efferre: nō cōsiderat ꝙ eodem & ipse pendeat filo. Alii de agrorum finibus litigāt. Alii peculio uigilant. Alii item aliis inseruiūt negociis: quoꝝ ut uides prius plerosq; intercipit mors: ꝗ suorum compotes fiant uotoꝝ. CHA. Hec oīa cerno & simul aīmo uerto: quid dulce sit illis in uita: e qua cum decedunt: eatenus indignaᷓt. ꝙ siqs eos qui beatos esse apparēt acriter inspexerit: reperiet amaritudinis plurimum: dulcedinis uero aut parū aut nihil: reperiet illis inesse. Nam metus: odia: ire adulationes: insidie: ac relique animoꝝ perturbationes in illis habēt impium. Preterea: luctus morbi: dolores: habūde dominātur: sed summatim dicam: cui rei mortalium uitam assimilem? Vidisti in aqs ampullas ex repētinis imbribus gñari: inflatiões dico ex qbus spumula quedā cōgeneratur? Haꝝ igiᷓt nōnulle in ipo ortu destruūtur: alie paulo durāt diutius: alie cū maiorē īmodū tumuerint: adpostremū & ipe dirumpūt. nec ut apparet alia est mortalium uita. Oēs. n. uitali spiritu inspirati: alii cicius: alii tardius e uita decedunt. nōnulli simul ac esse ceperūt: esse quoq; desinūt. Itaq; nature cōstitutū est lege:

ut unus(omnes quicũq; ille sit)exitus habeat. MER. Non minus apposita o Caron ad hominum uitã usus es similitudine: quã Homerus qui arboꝝ foliis mortale cõpat genus. CHA Eoꝝ uita cũ tam breuis infirma ac fragilis sit: cur tã ampullosi de principatu: gloria: honore: diuiciis se inuicem iactãt: pro hisq; litigant: cõtendunt & acriter decertãt: que oĩa in morte deserũt humi: & unũ dumtaxat assem ꝓ portorio ferẽtes ad nos ueniũt? Veꝝ cũ in excelso simus loco unde exaudiri possimus: cur nõ maiori quodam clamore illos admonemus: ut se ab insanis abstineãt laboribus: ac modesto & quieto uiuãt aĩo: mortem p̃ oculis semp hñtes? si tibi uidet̃ ego ipse alta uoce clamabo: illisq; dicam. Heus stulti: heu mencipites: quid circa inania tãta aĩmi inqetudine deliratis: & res fluccifaciẽdas tam estis solliciti? Quiescite iã: nec uelitis insanire ulterius: nam uita hominum breuis est: & ceu umbra celeriter trãsiens: & que in uita sunt eoꝝ permanet nihil. atq nemo moriens reꝝ humanaꝝ secũ quippiã defert: sed humi dimittit: domos: agros: auꝝ: & cetera fortune bona: que de euo in euũ uno temporis puncto dños mutãt

ac possessores: & quisq; nudos ad nos proficiscitur Si tales audiēt admonitiones: nōne putas illis profuturꝫ: & ad reliquum uite tempus eos fore prudentiores? MER. O fortunate Charon ad hāc rem acuto opus esset cerebro. nā erroribus & ignorātia artius aures hn̄s occlusas q̄ Vlixes pice suis obturauit comitibus: ne audirēt syrenū cātiones. Quippe quod apud uos inferos potest Letheus: id apud hos ignorācia facit. Sūt uero pleriq;: sed hi qdem pꝑpauci: q picem auribus nō recipiūt: sed ueritati acqescunt. hi acutis oculis hec caduca intuentes: ea ut ratio dictat flocci-faciunt: ac ꝓ nauci habēt. CHA. Hos igitur admoneamus. MER. Superuacaneum esset: que quis tenet: ea illum ipm admonere. nam ut uides isti hec caduca rident: ab illisq; se abdicāt de uite curriculo solum cōsulentes. hancobrem uulgo ꝓ insanis reputātur. CHA. Egregius sane est quisquis tandem ille sit uir. MER. Immo egregissimus: sed preter Solonē his temporibus nemo uel pauci. quē cū Creso ita fertur disputasse Dic mihi o Crese an existimas apollini lateribus his opus esse? CRE. Itaqdem. neq; enī illi indelphis cuiusmōi uotū est. SO. ⁒ beat[illegible]

Beatum igit̃ esse deum minime reris: si non inter
uota alia & aureos lateres hẽat? CRE. Quo-
nam pacto non? SO. Ingẽtem penuriam fore
in celo affirmas Crese: si ex lydia trãsmitti auꝝ
celicole cupiant. CRE. Vbinã gentiũ auri
tãtum quantũ apud nos? SO. Dic mihi ferꝝ
ne in lydia nascitur? CRE. Minime. SO.
Caretis ergo quod potius est. CRE. Quonã
modo ferrũ est auro prestãtius. SO. Si respõ-
deris: nihil egreferens nosse poteris. CRE.
precuntare o Solon. SO. Qui prestãt: q saluos
faciũt an q salui fiunt? CRE. Liquet saluos
faciẽtes. SO. Si ergo Cyrus ut quidã aiunt
ueniat in lydos aureos: ne tu militibus gladios
feceris: an ferro tunc opus erit? CRE. Ferro
certe. SO. Et qdem si non id pares ad persas
utiq; tibi auꝝ captiuũ eat. CRE. Benedic
o homo. SO. Absit ut hoc patiaris detrimẽtũ
hoc constat. n. ut ferrũ auro prestãtius fateare.
CRE. Iubes ne ut relato auro: deo ferꝝ of-
feram. SO. Neq; ferro illis opus est: itaq; seu
es siue auꝝ offeras: aliis qdem nouũ qd possessio
& questus fiet: illud obtuleris: aut fõcensibus
uel boeciis: delphisue ipsis: aut Tyranno seu

latroni cuipiam. de tuis uero muneribus aureis: deo parua cura est. CRE. Diuicias semp inpugnas: mihiq; illaꝝ inuides. Ad ꝓpositũ igr̃ redeũdo Mer. sic inqt ad Cha.. ueꝝ iã abeamus. CHA. Vnũ abste etiã scire uelim: quod cum ostenderis satisfactũ mihi esse: accumulate dicã. MER. Quid illud? CHA. Quid nã id est quod appellãt cadaueꝝ apothecas? MER. Apothecas appellãt: monumẽta: tumbas: pariter & sepulchra. Quippe aggeres illi ubi cernis statuas: ac piramides in suburbiis structas: sunt mortuoꝝ hospicia: & cadaueꝝ orrea siue filatia CHA. Ad qd illa coronãt saxa: eaq; unguẽto liniunt: & ante tumulum pyras struentes: cenas adolẽt sumptuosas: uinũ effundẽdo ac melicratum? MER. Mortuorum gracia his rebus inseruiũt: sed quid hec illis ꝓsint nõ uideo: nisi forte putent mortuoꝝ umbras nidorem uictime ac fumũ libare: & de fouea bibere melicratum. CHA. Illos bibere: aut mãducare: aut uiuẽtium officia agere quorũ capita sunt sicca et peraridda: esset extrema demẽtia putare: cum sepultus a sepulchro differat nihil: & omnes pari gradu apud inferos hẽant. Sane Irus & Vlix-

11

es Agamenon & Tharsites: Ayax preterea et Achilles teste cadauere: magis sunt aridi q̃ in pratis fenum estatis tempore medio. MER. Homerus ꝑfecto magis tibi notus est q̃ putarã At prospicis quod apud sigeum apparet: illud est Achillis sepulchrũ: e cõspectu uero alterum est Ayacis: apud retheum. CHA. Parua qdem illa sunt. Ceteꝝ ex quo cepisti: ostende mihi: urbes eas quas audio longe insignes. Niniuen sardanapali urbem: babilona: micenas: cleonas: & ipm̃ Ilion Homeri poemate cõmendatũ. Eqdem memini toto illius belli decẽnio animas heroum trãsuexisse eo freq̃ues: ꝙ sentinã siccare: nedum quiesceret non fuit ocium. MER. Niniue omino periit: nec eius ulla extant uestigia. Babillõ ea est quã cernis: turribus ornatã: ac ingẽti muroꝝ ambitu munitam: ea quo nam extiterit loco: paulopost etiã ambigetur. Ilion iacet igne crematũ de quo probe dici potest. Ille quõdam fuere felices: nũc penitus solo equate. Quippe o Charon: urbes ceu hoĩes: unus & idẽ exitus habet. CHA. O laudes & uoce Homeri sacꝝ Ilion: O bene structe fabreq; facte Cleone. Ceteꝝ quos cerno bellantes: qui nã sunt? aut quid

mutuis uulneribus se interimũt. MER. Argiui sunt & lacedemonii: qui de agroꝝ terminis nũc uiribus decertãt: & quẽ cernis exanimatũ: dux ẽ exercitus otriades: cuius nomini ascribitur tro-pheum. CHA. Stulti ultro sunt: citroq; ꝑiter stulti, num stulti ignorãt ꝙ si uniuerso potiãtur peloponeso: uix unius pedis locũ cũ ad nos ue-nient: accipiẽt ab Eaco. & alii aliqñ aderũt cul-tores: q illud tropheum aratro fũditus euertẽt. MER. Ista sic futura sunt: sed descendamus iam ac montibus loco suo repositis: tu qdem ad nauiculam: ego uero ad iussa Iouis exequendũ abeamus. Quibus exactis: q̃primum ueniã ad te & uita functos afferam. CHA. Fecisti ꝓbe o Mercuri. Sane ꝓ hoc tuo in me obsequio tibi sum perpetuo obnoxius. Nam digito ut aiunt ostendisti reges: lateres aureos: pugnas: tumbas pariter & ecatombas: ac reliquos mortaliũ actus qui postremo cum ad me deueniant omnes: ante obitũ tamen de Charone uerbum faciũt nullũ. Tu Vale.

TIMON

IVpiter amabilis: hospitalis: amicabilis: uestalis: fulgurator admirabilis: collector nubiũ: tonitruũ opifex: & siqd aliud te altisoni poete uocãt. p̃serti: cũ tuo ad eoꝝ carmĩa fauore indigẽt Tũc. n. illis multoꝝ nominũ es: metri ruinã fulciens: ac hiãcia supplẽs. Vbi nũc tua corusca fulgura: ualidaq; tonitrua: & trisulca fulmina? quippe oĩa hec preter solũ noĩnum strepitũ delirañẽta: iam & fumus uere poeticus uidẽtur. Tua uero famosa & ꝓcul missilia: ꝓmptaq; arma: nescio quomõ frigida facta prorsus extincta sunt. Quispiã ergo ex his q periuria ꝑpetrãt: extinctũ fere lichinum citius timuerit: q̃ fulminis cũcta domitãtis flãmam: adeo semiustũ quendã stipitem uibrare uisus est: ut ignẽ qdem uel fumũ ex illo non metuãt, solum aũt hoc se cõsecutos putent ex uulnere: ꝙ fuligine pleni sint. Iam itaq; tibi propterea salo meus retonare ausus: te nõ falso credit sic ad irã frigidũ. Idq; merito cum ueluti mãdragora dormias: qui nec

periuros audis: nec iniusta operãtes attendis.
Ea que fiũt tennis: aurésq; ceu decrepiti obstru-
sas habes: cum. n. iuuenis eras uelox & uiuax ad
iram: multa aduersus iniustos & uiolẽtos agita-
bas: nulleq; tibi erãt ferie: nunq̃ uacabat fulmẽ:
ensis etiã quassabatur: tonitruaq; murmurabãt:
& fulgura ceu iacula quedã inter cõsertas hostiũ
manus sine intermissione iactabãtur. motus uero
terre frequẽtes: niuiũq; cumuli: ac saxee gran-
dines (ut q; tecũ graue loquar) impetuosi imbres
& ualidi: spumãtiaq; fulmina. Itaq; huiusce tẽ-
poris ĩ momẽto naufragia sub deucalione facta
sunt: ut subternatãtibus cũctis q submersi fuerãt
una uix arculi illisa litori saluaret fauilla que-
dam: hũani seminis regeneratione maioris uicii
seruatura. Meritas ergo desidie penas luis: cũ
tibi hostias uel coronas: nisi forte qs in olĩpicis
nõ religione aut uoto: sed uetusto quasi quodã
more: nemo iã offerat. Teq; o diuũ atq; hoĩnum
rex sublato paulatim honore Saturnũ esse dicũt
Quociens iam templa tua expilarunt: nonnulli
quoq; tibi in olin piadibus uiolẽtas iniecere ma-
nus. Tuq; altitonans uel ad suscitandos canes:
uel ad uicinos inuocãdos: ut cũ clamore citato

gradu illos cõprehenderent: adhuc paratos ad fugam piger extitisti. quin tu fortis: gigãtumq; deletor: ac titanũ uictor sedebas: intortam cesariem ab illis tõdebaris undecim fulmẽ cubitoꝝ tenens dextera? Hec itaq; admirande quousq; cessabũt: adeo sine cura inspecta: qñ ue de tãta iniuria penã sumes? quod phetõtibus & deucalionibus opus esset: ut tam ingentis cõtumelie ultio digna sumeret̃. Ceteꝝ ut omissis publicis propria dixerim. ꝙ athenięses in sublime tulisti illustrastiq; diuiciis: ac in cũctisq; necessitatibus adiuuisti: repẽtinas quoq; ad beneficiũ amicoꝝ opes infudisti. Quia ꝓpterea inops sum ab his qui paulo ante me cũ timore mirabãtur & colebant: nutuq; pendebãt meo: tanq̃ ignotus uilipẽdor. at si carpens iter: obuius eis fiam ueluti quandã statuam diu mortui suppinã & multo ꝓstratam tẽpore pretereũt. qdam ue cum me ꝓcul aspexerint: infaustum ac execrabile quoddam omen se uidisse arbitrati sunt: quem pridem et saluatorẽ dicebãt & benefactorẽ: diuertũt. Itaq; hac maloꝝ mole pressus amictus andromade tellurem colo: quatuor oboloꝝ mercede cõtentus: & hac insolitudine bidẽti operã do. sed ꝓ lucro

mihi pono si deinceps non uideor quam plures indignos feliciter agere. nã hoc me uehementer coquit. Quãdo igr̃ o Saturni Rebeeq; nate altum hũc sempiternũq; soporem excucies? iam .n. ultra Epimenidem dormiuisti: fulmenq; quaties aut exorta & facta ingenti flãma ostẽdes iram fortis & adolescentis Iouis: nisi forsitan uera sunt: que de te tuoq; sepulchro Cretes fabulãt̃.

IVPITER. Quis est hic o Mercuri: qui ex attica ad hymecii radices totus sordidus ac squalens: & amictus andromade: incuruatus: arbitror terrã fodit: homo loquax & temerarius: p̃hus est ne: neq; enĩ aduersus nos tam impia & execrãda iacularetur uerba. MERCVRIVS. Quid ais o pater: ignoras ne Timona echecratidi de coliptea: hic est q quondã diues sepe nos sacris insolemniis centũ cibauit thauris: & apud quem consueuimus splendide in Iouialibus epulari.

IVP. O mutationem. bonus ille diues circa quem tãti amici. Que igit̃ passus is est: squalidus: miser: effossor: mercennarius: & ut apparet tam grauẽ tractãs bidentem. MER. Illũ ut ita dixerim: benignitas & hũanitas: ac erga oẽs indigos miseratio: utq; uerius loquar cõsuetudo

& amētia: prodigalitasq; sic cōtriuit: qui haud intelligebat: qd esset adulatoribus & lixis gr̄as impendere. a tot uero tātisq; uulturibus infelix epar corrosus: amicos suos ex beniuolētia quā ad eū ob uoracitatē hr̄e simulabāt eos arbitrabat̄: qui de nudatis obesisq; ossibus medullam siqua inerat exorbebant. & postq̄ hoc summa cū diligentia fecerāt: abibant: illum aridū abscissumq; radicitus deserentes: nec amplius cognoscentes aut aspiciētes. unde neq; dixerim eos impendisse auxiliū uel gracias egisse. ob hec itaq; amictus andromade ac bidēte armatus: pre pudore urbe derelicta mercede ut uides factus agricola: malis indignatur. q̄ ab illo ditati: ipm quodā cum fastu pretereūt: nomē timonis ignorātes. IVP Haud negligēdus est uir: infortunio quippe suo irascitur: nō immerito. Nā & nos similiter prophanis illis adulatoribus faciemus: minime obliti uirum qui tot thaurorum femora & capraꝝ adipes: nobis sup aras adolere cōsueuerat: adhuc enī holocaustoꝝ nidorem in naribus habeo. ueꝝ ꝓpter occupatus uarios: ac deierātiū tumultus & uim atq; rapinas facientiū: ob metū quoq; sacrilegia perpetrātiū (multi quippe & ineuitabiles

hii sunt: qui ne parumper oculos claudã sinunt)
multo iam tempore atticam nõ despexi. p̃sertim
ex quo philosophia & uerborum contentiones
multiplicate in illa sunt. cũ enĩ inuicem litigẽt
& declamẽt: audire uota nequeo: sic ut obstrusis
auribus: me sedere prestet: q̃ obuersari aduersus
eos qui nos uirtutem quãdam incorpoream de-
liramẽtisq; simillimã fore magna uoce cõfirmãt.
& ideo cõtingit ut hic a nobis neglectus sit: qui
certe malus nõ est. Ceterꝝ o Mercuri: assumptis
diuiciis: ad illum uelociter accedes. diuicie ueꝝ
thesaurũ secum ducãt: amboq; apud Timonem
maneãt: nec si facile ascendat quaquam pre be-
nignitate illos ex domo rursus expelleret. De
adulatoribus uero illoꝝq; ingratitudine: postea
deliberauerim: meritasq; penas dabũt: dum in-
terim fulmen reficio: fracta nãq; & obtusa utraq;
eius acies est: qñ magis libere iampridem illam
ego acui cõtra Pithagoram: q eius familiaribus
persuasit: nullos nos esse deos. ab eo uero frus-
tratus sum. Pericles nãq; suam opposuit manũ:
fulmẽ aũt a nacium irruit: illudq; incendio fla-
grauit: ast Pericles paulominus cõtritus est ad
petram. Ceteꝝ illis ingens interim tormentum

erit si Timona diuitē uiderit. MER. Quātū fuit querulū importunūq; & audacem fuisse: hii quippe soli iudicia tractāt: en cōtinuo ditissimus ex inope Timon erit: eo quod clamauerit ac fidēter orauerit: Iouemq; ad sua uota cōuerterit. quod si cū silentio tellurem effodisset: adhuc incuruus foderet a Ioue neglectus. DIVICIE. Ego quidem o Iupiter nunquam ad illū redeam. IVP Quare o bone diuicie: presertim cū id iubeam. DIVI. Edepol quia me cōtumeliis affecit: ac expulit: meq; patris sui amicā partitus in plura est: deq; domo quibusdam quasi ut ita dixerim: furcis eiecit. haud aliter quam hii qui e manibus ignem excutiūt. redibo ne inter pasitos & adulatores ac meretriculas rursus diuidenda? ad illos me mitte Iupiter: qui diuinū munus intellecturi atq; fruituri sunt: quibusq; desiderabilis atq; in precio sum. hii uero ardeis similes cū pauptate quā prehonorāt simul sint: sumptaq; andromade cum bidēte gaudeāt miseri: quatuor assium mercede cōtenti: qui decem talēta sine meditatione largiūtur. IVP. Nil tale deinceps inte operaturus est Timon: bidens illū quippe (nisi forte renium dolorem penitus non sentit) apprime

castigauit: ut te necessario paupertate p̃eligat
Ceteꝝ mihi semp̲ de his uisa es queri: q̃bus nũc
incusas Timonem: qui foribus apertis libere te
uagari permisit: nec te reclusit: aut tui zeloti-
pus fuit. nonnunq̃ uero aduersa contra diuites
querebare: te q̃busdã seris ac uectibus signoꝝq;
impressionibus inclusam usq; adeo detinẽtes: ut
te erigere in lucem nõ ualeres. de his itaq; lamẽ-
tata es: q̄ multis in tenebris pene suffocabare: &
ob id tu nobis pallens curisq; plena: uncisq; ar-
ticulis pre assiduitate computoꝝ uidebare: si se
tempus obtulisset discessura. Graue nanq; tibi
uisum est: ut eneo aut ferreo thalamo ceu altera
damma ab auarissimis: iniquissimisq; pedagogis
usuris & cõputatõibus enutrita uitã agas. itaq;
illos intollerabilia tibi irrogare dicebas: qui te
ultra modũ diligãt: dumq; liceat frui nequaq̃
audeãt: siue cũ dñi sint amore non utantur: sed
multis cum uigiliis signa custodiãt: claustraq;
immotis oculis obseruẽt: p̲q; magno fructu du-
cant: si fructu careant: neminiq; cõmunicẽt: ceu
canis in presepio: qui nec ordeum comedat: nec
esurientẽ equũ mãducare sinat. Rursus que aua
ros & custodes ip̃os irridebas q̃ haud nouerant:

6

neq; seruũ aut dispensatores aut furcifeꝝ clam subituꝝ: & cõtumeliis affectuꝝ infelicem ac im mitem dominũ ipmq; ad nigrã angustiq; oris lucernulam usuris uigilare dimissuꝝ. Quo pacto ergo non iniqua ista tua querela est? DIVI. Atsi ueꝝ percontaris Iupiter: utrũq; non sine ratione fecisse uidebor tibi: hec(nanq; Timonis incuria ꝑrsus insana: nullaq; in me beniuolẽtia utiq; cõstabit. Rursus q me hostiis ac tenebris clausam seruãt ut pinguior fiã: nec me cõtractãt aut in lucem agunt amentes iniuriiq; arbitratu meo sunt: utpote: qui me de ipsis benemeritam tãtis in uinculis putrefieri cõpellant: ignari ꝙ nõ multo post tẽpore abibũt me cuipiam fortunato relicturi. Nec illos igr̃: nec ipsos ꝓdigos mei: laudauerim: sed eos qui ut dignũ est modũ rei ponũt: nec omĩo abstinẽtes: nec prorsus abicientes. Ceteꝝ queso Iupiter: siquis formosam adolescentulam lege ducat uxorem: postq̃ nec illius custodiã gerat: aut zelũ habeat: ꝑmittẽs ut die noctuq; quo uelit eat. cũq; illã uolẽtibus: simul sit: insuperq; mechos ipos adducat: & patentibus ianuis leno fiat: omesq; ad illam uocet an hic amare uidebitur? nõ ceu arbitror Iupiter

tu qui psepe amasti hoc dicturus sis. Siqs uero e regione: libera ac liberali mulierem in domo legittime traductam: filiam arantis adamet: ac uiuide formoseq; uirginis spernat amplexus: nec uideri illam sinat: sterilemq; & absq; liberis uirginitatem seruare cōpellat: hocq; faciat amare se asserēs: idq; indicet & pallor & macies & oculi cōcaui: nonne hic uidebitur insanire? cum opus esset nupciaꝝ fructu. i. procreatōi liberoꝝ indulgere. sed decoꝝ uultū sic exterminet: puellamq; formosam ceu alterā cereris sacerdotem ꝑ omnē uitā nutriat. ita & ego indignor cū absq; honore a qbusdā calcer auidisq; immergar faucibus: effūdarq;: a nōnullis uero ueluti seruus nigrātibus liuoribus castigatus tracter. IVP. Quid igr̄ aduersus illos indignaris? utriq;. n. meritas penas dabūt: & hi qdem ceu Tantalus sicietes: atq; ieiuni solumq; auro faucibus aridis inhiātes. Illi uero haud aliter q̄ fineus rapta exguttture ab arpiis esca. sed ad Timonem uade: illum enī penitus sobriū repertura es. DIVI. Ille ne unq̄ ex quodā quasi cribro priusq̄ infundar me oīn cum studio funditus cessabit exhaurire infusionē ꝑuenire moliturus. ne ego suphabūde

irruens ipm demergã:ita ut addanaidũ uidear dolium aquã ferre:frustraq; haustũ repetam: cũ unda effluat. qnimmo cũ anteq̃ infundaт̃ pene effluxerit. adeo.n.latus hiatus hidrie & liber ẽ exitus. IVP. Non nisi hũc patẽtem hiatum obstruat. Cum enim breui effusa fueris in dolii fundo andromadem ac bidẽtem rursus inueĩet. sed abite iam tãdem: diuitẽq; illũ facite tu uero Mercuri tuo in reditu memor esto ab ethna ad nos ducere ciclopes: ut fulmen acuãt: cum eius acumine nobis opus sit. MER. Abeamus o diuicie: qd hoc est: claudicas ne? o generosa hactenus latuisti: cũ & ceca sis & clauda. DIVI. Non semper hoc Mercuri: sed cum ad aliquem imperio Iouis accedo. nescio quo pacto tarda sũ & utrũq; clauda pedem: ut uix terminũ attingã: ac nõnunq̃ senio cõfectus sit qui me manet. Cũ uero discessura sum: uolucrem uidebis ac somnis ociorem: simul ergo flagellũ cecidit: & ego iam uicisse predicor stadio trãsito. plerunq; etiã is q ad spectaculũ sunt: neq̃q̃ cernẽtibus. MER. In hoc aperte mẽtita es. multos quippe tibi nominare possem: qui hesterna die ac nec assem quo resticulũ emerẽt: hẽbant. hodie repẽte locupletes

effectos: albos ducere biiuges: qbusq; aliquãdo nec asellus erat: nũc rubenti amicti purpura & manibus auro micãtibus incedũt: uix credentes ut arbitror: qa nõ in somniis diuites facti sunt.

DIVI. Secus est Mercuri. neq; enĩ pedibus tunc uado meis: ad illosq; non Iouis sed Ditis imperio: qui est magnificus diuiciaꝝ elargitor accedo: qđ ex ipo nomĩe liquere potest. cum aũt opus est ut de altero in alteꝝ transeam tabellis immissam & accurate signatã: sublatãq; trãsferũt & is qui mortuus est in aliqua domus tenebrosa parte iacet: ueteri lintheo tectus ad genua: pro quo more catino pugnatur Qui uero me habere sperãt in foro hiãtes ceu irundinẽ circũuolitã-tem | stridulos nidos expectãt. cum aũt signum ablatum: uincula fracta: aperte tabelle: nouusq; dominus publicatus fuerit: siue cognatus: siue adulator siue minister scelerũ ex cõpedibus ho-noratus: adhuc barba rasus: ob multiplices et diuersas uoluptates: quas olim extraneus illi suppeditauit: ingenti accepta mercede: g̃nosus ille quicũq; fuerit: me raptis tabellis currit ex-portãs. pro Pirro uel Dromone: aut tibio siue Megades aut megabiius uel protarchus nomẽ

habeat illis ne quicq̃ hiãtibus: seq; alterutrum intuentibus: derelictis. ueꝝq; luctum agentibus: utpote: q̄bus de ꝓfundo sagene gremio ingens tũnus effugit qui nõ modicã deuorarat escam. Ceteꝝ is qui me repẽtinus inuasit ignarus boni duratusq; laboribus homo adhuc horrẽs compedes: ac siquis trãsiens cũ flagris cedebat: erectas stare faciebat aures: molendinumq; ceu regale palatiũ ueꝝ luctũ. Quia ut ait satiricus, plorat lacrimis amissa pecunia ueris. Venerabatur nõ amplius tollerabilis estiis qui o uii fiunt: sed & liberis contumelias irrogat: & cõseruos uerberibus cedit: licet eiusmodi expertus sit quoad in meretriculam quãpiam inciderit equos quem nutriat uel se adulatoribus dedat: qui illũ iurẽt & formosiorem Nereo & generosiorem Cecrope seu Codro: ac prudẽtiorem Vlixe: & Creso ditiorem. sex & decem in temporis momento miser effundit talenta: que multis cũ periuriis & rapinis atq; fallaciis fuerãt paulatim cumulata.

MER. Cõmunia pene sunt ista que narras. Ceteꝝ cum tuis ip̃e pedibus incedis: qũo ceca uiam inuenis: aut ad quos te Iupiter miserit: cũ illos dignos eẽ iudicat ut diuites fiãt deligere

nosti? DIVI. Putas ne me inuenire qui sint? hercle non semper: neq; enim aristide relicto ad iponicum: aut caliam accedere: cõpluresq; alios ex athenis qui nec obolo digni sunt. MER. Veꝝ cum fueris destinata: qd agis? DIVI. Nunc sursum: nũc deorsum circuiens ero: donec in aliquẽ clam incidã. Quicũq; uero mihi obuiã primo uenerit me secum abducta uenit: teq; pro ineffabili insperatoq; lucro ꝓnus orat. MER Nõne Iupiter fallitur: q extimat diuites facere quoscunq; dignos duxerit: ut diuites fiant? DIVI. Immo maxime: nec immerito: cum me quã cecam fore cernit: tam difficilis laboriose q; inuẽtionis: diuq; de mundo deletum: quod neq; linceus ipe utiq; facile inuenerit: cũ tam tetra paruaq; res sit: negotium querere destinet. igit̃ cum bona tã pauca sint: mala uero plurima: urbesq; cũctas occupãt: facile ĩ huiuscemõi incido ab illisq; irretior. MER. Preterea quomodo relictis illis facile auffugis ignorãs uiam? DI. Quippe ad fuge tẽpus dumtaxat: acuto lumine cerno: pedibusq; integra sum. MER. Itẽ uelim respõdeas mihi. q fit (ut pace dixerim tua cũ ceca sis & pallida: grauisq; crura) tot amatores

habeas:teq; cuncti mirētur:sese felices autumēt: si te cōsecuti fuerint. ꝙ si nō:uita odio sit. noui enim cōplures amatores tui:qui in altū pelagus se precipites dederūt:deq; saxis solem ipm uertice pulsantibus a te uideri arbitrati sunt:qm̄ ab inicio illos nō uideras. sed scio ꝙ & tu nō inficiabere:si qua tibi mens est illos insanire:q hoc amore insaniāt. DIVI. An putas ut eis q̄lis sum uidear:uel clauda uel ceca:aut cetera que eiusmodi insunt mihi? MER. Et quare nō si & ipi nō omīo ceci sunt? DIVI. Ceci haud quaq̄ sunt:sed amētia erroreq;:quibus nūc oīa plena sunt illos obumbrat. Ego quoq; ne ꝑrius deformis uidear:sum ꝓ personatu quodā amabili auro gemmisq; distincto uariis induta:illis obuiā uenio:qui personā cernere arbitrati meā: decorem amāt:pereūtq; nisi cōsequātur. ꝙ siquis totius denudauerit:meq; illis ostenderit. cōstat utiq; sese accusatum ire:qui nō acutis luminibus talia intuiti:res mīme amādas deformesq; amauerīt. MER. Cur ergo diuites effecti rursus fallūtur? ac siquis eos diuiciis priuare cōtendat: ocius caput q̄ personatū abiciāt. neq; enim licet tūc ipsos ignorare:quasi forma superlita sit:cū

oĩa introrsum inspexerint. DIVI. Mercuri
etiã ad hoc non pauca me adiuuant. MER.
Que?. DIVI. Nam siquis primo ad uotum
apertis me ualuis admiserit: ambicio: ignorãtia:
iactãtia: mollicies: cõtumelie: error: ceteraq; hu-
iusmodi una mecũ introeũt. itaq; ab his omĩbus
infelix animus captiuatus: nõ admirãda mirat̃:
& appetit fugienda. meq; hoꝝ omnium matrem
maloꝝ illis circũdatã stupet: uniuersaq; potius
mala pateret̃: q̃ me reicere sustineret. MER.
Cum sis res quedã maxime delicata & lubrica:
& fugitiua: nullũq; certum porrigens capulum:
sed quasi anguilla uel serpens inter digitos ef-
fluẽs effluas. nescio quo pacto: ĩopia uisco plena
& captu facilis ĩnumerisq; hamis obsita: & inso-
lubilibus herẽs nexibus: prorsus abscedas. Sed
dum interea ambagibus intẽti sumus: res haud
parua delicuit. DI. Que?. MER. The-
sauꝝ. n. quo potissime indigebamus nõ attulimus
DIVI. Hac ĩ parte cõfide: in terra nãq; semp
illo relicto ad uos uenio monẽs: ut inter hospi-
cia maneat: neminiq; aditũ pãdat: nisi me uocãtẽ
audierit. MER. Iam tãdem atticã deuenimus
ꝓindeq; sequere me palliũ tenẽs: donec terminũ

flagitiosis committere. Suos uero prudentes: sobrios: iustos: spernere atq; deuitare? Quanta ista tirannoꝝ felicitas: quos cõtinuus & ingẽs semper angore efficit metus: quo nõ modo animi grauiter excruciantur: sed cuncta insuper dulcia mundi dona fugantur & dissipãtur? Quãte iste eorum delicie: quanta gaudia: qui trãqlitatẽ nunq̃m & pacem sibi ne dicam populis suis: aut hostibus cõcesserunt: expertes om̃ino tã scissimi atq; oĩm dulcissimi boni? Que nam ubertas ista bonoꝝ suorum: que distracti aliũde: neq; sciãt: neq; uisant: neq; pertractent: neq; gustent unq̃? quãta ista imperii bona que tum ipsi uidere et attrectare non possint: committant necesse est aliorum cure & gubernationi: ignari rerũ suaꝝ nescii omnium ferme que sub se geruntur: fraudati quotidie & decepti ab his presertim quos pre ceteris auxerũt? quibus tum se credant: quot innocentiũ criminationes: quot facinorosorum falsas commendationes audiũt: quotiens eorum fidem secuti: bonos pro malis: malos pro bonis ducũt: atq; hos beneficiis illos penis afficiũt? q̃d q; grauius est: quotiẽs ipsis etiã uescẽtibus hi quos tantũ extulerũt ꝑ sententia sua ĩferos

quosq; ledũt: cõcutiũt: opprimũt: atq; dilaniãt? quid mirum si exardescũt postea populoꝝ odia: si labefactatur postea eoꝝ status: atq; desolatẽ? q̃ta ista: quãq; optanda imperia: cum quibus & seruitutem pessimam degant: subiecti tantis perturbatiõibus: tãtis insidiis: subiecti ipsis etiam quos sibi subiecerunt: cõstricti quasi quibusdã regni compedibus: clausi intra arces: q̃si magni alicuius criminis rei: coartati instar ferarum: exclusi ab omni que foris capitur recreatione. priuati libertate: quod est tam dulce & oĩbus optabile bonũ: nõ hominibus modo: sed ceteris insuper quibuscunq; animantibus: cuius priuatione qd est qđ tristius aut ĩfelicius cõtingere possit? PA Non credis Charon bonos aliquos mitisq; & moderate nature tyrãnos esse? CHA Immo multos credo. Sed tãta ẽ libido dñandi tantus ardor: tanta nescio que pestis ingenita: ut quos semel inuaserit: sint summa q̃uis bonitate p̃stãtes: adeo illiciat eos: illiciẽsq; deprauet ut uita potius q̃ imperio qđ iã occupauerunt: carere possint: uel ad cõseruãdũ uel ãplificãdũ contendũt unguibus dentibusq;. ac propterea nemo est tam bonus tyrannus: cui conseruatõis

amplificatōisq; sue gr̄a: multis nō magnas īferre
iniurias: atq; ob eas illatas nō plurimū timere
plurimas ue pati anxietates: contingat. PA.
Miror cur tātis in malis: que plane ita: ut nar-
rasti: uera esse puto: appetant tātope mortales
imperiū: nisi id fortasse faciāt cupidine honoris
& glorie: qđ nimirum tam prestans atq; excellēs
bonum tollerabiliores reddit tātas quas modo
exposuisti miserias: dulce qppe est mandare aliis:
preferri omnibus: eminere: precellere: uenerari:
timeri: suppliciter exorari: adsurgi sibi: uia de-
cedi: īclinari ceruicē: flecti genua: audire laudes
suas: & rerum bene gestarum decantatiōes: que
cum & diuina numina plurimū capiant: facile
intelligi potest: quantū et his quoq; mortaliū
mentes capiātur. CHA Que tantū capere pōt
tyrannos ullius honoris aut glorie exhibitio:
qui se certo inuisos omnibus esse sciunt: a qbus
si laudenť. si audiať sibi. adsurgatur atq; incur-
ueť: ītelligūt palā uel adsentionis uel timoris
causa id fieri? quare non est ita dulcis ut putas
huiusmodi honoris & glorie extorsio: magis q̃
exhibitio. At uero dulcior is est qui in priuatos
hoīes ab amicis & beniuolis honor exhibetur:

propter aliquod eorum egregium facinus: aut excellentem uirtutẽ / uera ista gloria: uerus iste honor: ac dignus quidem quo & diuina numina capiantur. PA Nullã ergo uideo causam cur tantopere imperia desiderentur: desiderataq; cõseruentur: nisi q̧ habendi cupido: qua tantum trahitur humanũ genus: in his maxime explet: quo enim quisq; plus: auri: agrorũ: edifitioꝝ: opidorum: acquirere possit: nullo parcit labori q̃tocunq; uis magno & intollerabili: neq; ullus tam amarus labor: quin ꝓpter questũ & maiorẽ rerũ cumulatiõem dulcescat. Itaq; cũ tyranni super omnes plus possideant: super oẽs & beatiores uidentur licet cetera eis tristia sint: atq; acerba. CHA Neq; istud quidem affert ullam beatitudinẽ. Nam in primis non efficit diuitẽ maior habundantia: sed minor cupiditas. Qui enĩ paruo cõtentus est: id tautum cupit quod necessitati uite sufficiat. Is habunde ẽ locuplex propter honestum quod facilius implere potest desideriũ: quod cum & impleuerit: liberatus ẽ ab omni qua alii rapiuntur habendi anxietate: qui uero q̃ntumlibet diues: plura concupiscit: pluribus indiget. quia perseuerante acquirendi

insacietate: efficitur minus uoti compos, quo enim magis crescit multaꝝ rerũ possessio: magis etiam cupiditas: neq; finem unq̃ habet uorago illa cupiditas. Deinde nõ est iudicandus quisq; uel locuples multitudine: uel pauper paucitate diuitiarum, sed uel rerum magis implemento uel necessitate, nam si multitudinẽ excedũt sũptus: quomõ potest is credi diues qui minus habet q̃ necesse esset? Quare quom necessitatem sepius magnam patiantur, qui tantam imperii molem administrant, indigentiores etiam putãdi sunt priuatis homĩbus: qbus licet tenues sint opes: at necessitatibus saltẽ suis uel pares uel superiores. Taceamus graues q̃s quotidie explicatões uel rapinas perferũt a questoribus suis: et ab his maxime quorum fidei magis credunt: qui quo maiora etiã nacti sunt imperia: eo maiora utiq; furta: maioreq; ꝓinde rerũ suarũ diminutõem: a qbus priuatos saltẽ homĩes liberos esse cõstat: q & diligentius patrimonia sua ipsi p se curare: & attentius omĩa intueri possunt. Dicamus uero curas et labores quos in administrandis tantis opibus: gubernãdoq; tanto potẽtatu tollerare eos oportet: quorum fortiores quam Herculis

humeros esse necesse est: ad sustinendam tãtam: molem: plures etiam q̃ argi oculos: ad tantam rerum uarietatem ꝓuidendã atq; distribuẽdam: plura quoq; q̃ Iani aut uertuni capita: ad intelligẽda examinãdaq; tot ac tanta: quom hostiũ: tum populoꝝ suorũ que illis negotia deferũt. que tãti animi uis que nõ debilitetur: que tãta soliditas que nõ cõcuciat: que tãta ꝓmptitudo que non remittatur? Cuius est tanta ualitudo: tantum robur. qui se tam uasto curarum põderi parẽ audeat polliceri? cuius est adeo equabilis & moderatus animus: adeo perseuerans. qui tam multis tamq; cõtinuis laboribus nõ defatigari nõ quassari: nũq̃ atq; ĩfringi possit? Obmittãus mortales: de nobis tantum qui hec ultima loca colimus loquamur. utrũ putas Palinure beatõrẽ eẽ uel me qui pauprimus sum omnium qui nihil preter hanc quã cernis pusillã lintrem possideo: uel plutonẽ tã lati tamq; immẽsi regni tyrãnũ: Intelligo & si taceas quale de hoc sis iuditium prolaturus: sed crede mihi minime meũ cum suo statu cõmutarẽ. PA Quare? CHA Quia letus ago: & summa animi quiete. non ullius rei ullã gero nisi trãsuehẽdi hasce huc descendẽtes aĩas

& cõseruãdi ĩcolumẽ hãc phaselũ meã sollicitu-
dinẽ: in q̃ dicam tibi qdqd est quod me grauet.
quom enim propter uetustatẽ fatiscat aliquãdo
rimis: curare me oportet ut restituat̃ integritati
sue: quare eam consuo sepius et obstruo: si qd
rimarum est: hec omnis cura mea est: hic omnis
labor. At pluto cũ tantis diuitiis suis ac regno
tãto nũq̃ letatur nũq̃ qescit: tot curis carpit̃:
quot repletur hic umbris locus: implicatũ hẽt
semper ubiq; animũ: hinc fertur illinc rapitur:
omnibus intentus locis omnibus occupatus mi-
nistris: huic mandat: illum terret: alios acciri
iubet: metum illi omnia incuciunt: nunc terre
hiatus: nũc motus formidat: sepe illũ trepidare
cogit lampas phebi: ne ulla ex parte irradiet
regno suo: sepe & fulmẽ magni fratris ne pene-
tret auerna atq; labefactet. Quotiens uidi ego
illũ dum rebus suis timet inuectum furno: curru
peragrare om̃em hanc regionem: lustrare fines:
scrutari om̃ia diligẽter: ascendere etiã in supeꝝ
orbem: circuire terras. peruestigare quecũq; pe-
riculũ perferre possent: nihil omnino incauti &
inexplorati relinquere: que cum multis in locis:
at maxime ea solet efficere in terris sicilie: que

magis etiã eũ terrẽt ꝓpter magnas reluctatiões Typhoei gigantis: qbus totam conquassat illã patriam. Nam post ipse ausus fuit bella inferre celo: iniecerunt superi eius corpori trinatriam: sub qua ab omnibus undiq; montibus pressus: & grauatus: conatur sepe se attollere: impositãq; sibi reiicere. proindeq; magnos concitat motus: ac tantos quidem ut hec loca nostra concutiat grauiter & tremefaciat. Cogita nunc q̃m leta & optanda sit sors huius inferni tiranni: cuius tot diuiditur animus curis: tot propellitur tumultuatõibus: quẽ tot oporteat p̃cauere ꝑicula: tot dispensare ministeria: omnia percensere: oĩa corrigere: oĩa uel ipse gubernare uel aliis gubernãda cõmittere. Attẽde rogo: & uel ex hoc uno collige eius felicitatẽ: nãq; si me deficere contingeret huic nauiculario ministerio: quod ita necessariũ est ut uides: necesse esset eũ uices meas subire: ne alioquin deficiente portatore regno suo male succederet. PA Hoc profecto non modo uerũ esse uideo: sed manibus etiã ip̃is ut aiunt tango. Nam ea nocte qua alias somno grauatus e puppi in mare excussus fui: id cõtinuo sensit Eneas rex meus. q errantẽ sine mg̃ro

nauē intelligens: gubernauit eā tota ipa nocte: non indignatus ꝙ que sceptrum gestare solebāt: temū etiā manus attractarēt. CH A De magno eius germano nihil loquor: non me latet q̄ntos et ille labores ac curas sustinet. sed id precipue scio quom temeritate phetontis totus pene orbis conflagrasset. quantum tunc regno suo timuit: q̄tum tota celi menia circuit: & ne qd labefactū uiribus ignis corruerit: explorauit. Pretereo terciū fratrē moderatorem undarū: cuius plime etiā ac maxīe cure nō facile explicari possent. sed p̄sertim que sub illa quoq; phetontea cōfla-gratione ad summū pene usq; exitium: cū toto regno suo eum affecerunt. PA De hoc possum quod oculis meis uidi afferre testimoniū. Vidi eqdem tempore illius quā supra retuli horrēde apud siciliam tempestatis: commotum grauiter neptunum: et ex alto prospiciētem uocasse ad se Eurum & sephirum: increpitisq; acriter eis: pro tanta suscitata hieme: placasse ocius oīa: atq; trāquilla reddidisse. quod argumentū p̄stat mihi euidens plurimarum ut inquis: ac maximarum (ꝙ oīa in latissimo īperio suo paria sint) curaꝝ suarum. CHA Dic oro Palinure putas ne tam

beatam esse tirannorum uitam? PA Minime. CHA Optares ne uiuens tibi eorũ sortẽ? PA Vt quid optarem in quo nihil omnino optandũ esse manifeste intelligo? CHA Ergo certo eos arbitraris miseros? PA Non miseros modo: sed omnium etiam miserrimos. CHA Mirũ ꝙ mõ eos tanta frui beatitudine ꝑdicabas. PA Quid mirum si cecus laudet tenebras: quas postea luci restitutus dampnet? CHA Vis ut & alia eorũ mala tibi referã. PA Restãt item alia? CHA Et alia & grauiora. PA Quid audio grauiora? haud unq̃ istud credã posse his que mõ dixisti grauius aliqd addi. CHA Credes cũ audieris: PA Dic ergo. CHA Vides ut appropĩquãus iam ripe: non possum longiora tecũ iam facere uerba. PA Rogo te mi Charon ne fallas auidissimã expectationem meã. CHA An ceterarũ umbraꝝ quas in litore reliqui auidissimam etiam expectationẽ uis ut fallã? PA Nõ diu demoraberis perge o mi Charõ. CHA Immo diutius q̃ soleo demoratus sum: sed lentus etiã nauigaui propter te cuius cõfabulatione delectabar. PA Age ergo ut facis: lẽtiorẽ ꝓtrahe nauigatõem. ut que reliqua sunt dicẽda ꝓsequi possis. CHA

Ea tandem tanta est tibi audiēdi cupido? PA
Tanta. CHA Morē tibi gerā, qua in re illud
te scire uelim: q̄ plurimum miseriā reddit mor-
talium uitam: instabilitas scilicet & ruina rez.
nam cum certum nihil & permanēs in uita quisq;
sibi polliceri queat: quomō is beatus censebit:
cuius summā q̄tum uis & plenam: beatitudinem
minima oīs disturbatio uiolare et auferre pōt?
Sane cū oīa apud mortales infirma atq; muta-
bilia sint: nulla tamen infirmior sors est: atq;
mutabilior q̄ tirannorum: quorum etiam cum
maior sit exaltatio et sublimata magis status
altitudo: maior & pinde quom mutari eos cōtī-
gat casus & ruina: Inde tāte tirannoz pditōes
euersiones: trucidationes, ut nemo eoz fere unq̄
euaserit: qui nō uel regno depulsus: uel ueneno
necatus: uel cruenta aliq̄ & pessima morte cesus
uel peremptus sit: quis talem eoz uitā optabit:
qui pro modici temporis felicitate (si tñ & illa
felicitas appellanda sit) tam tristi postea tamq;
amaro fine consumātur? Horret animus dicere.
Nam ne credas hiis tantum mortales subiectos
malis esse: sensimus & hoz magnam partē aliqñ
nos inferi, licet tam ualida nobis et munita sit

ciuitas: tam firma et prepotens: atq; omnibus undiq; p̃sidiis circũsepta. nõ possum sine dolore meminisse illius diei: q̃ Hercules ille hero fortissimus hec regna penetrauit: perfregit fores: inuasit regẽ: exterruit reginã: quã & ante socii eius rapere adorti erãt: abstraxit cerbeꝝ: uĩctũq; et cathenatũ magna ui in orbẽ duxit: cõcussit loca omnia: trepidare omnes umbras atq; ipsos iudices fecit: me quoq; non modicũ lesit: quem erepta cimba conto hoc meo pcussit: impulsũq; grauiter in medium paludem exturbauit: timui eqdem tunc desolatũ iri baratꝝ totum: Credidi tunc supremũ plutoni finem aduenisse regni sui: neq; minus illum cum coniuge in predam duci ad superos: q̃ tartareũ canẽ: sed paulo humanius cum eo actum est q̃ opinabar. Nam tandem sibi ac regno suo bñ consultũ est. neq; tñ ita cõsultũ est qn triplici custode suo q tã pnecessarius erat spoliaretur. Quod si opinionẽ meã: que cõmũis erat facta coeq̃ssẽt: tũc cernere fuisset: uter beatior uel meus: uel Plutõis tãti regis status eẽt ego qdem nihil ambigo priuatus fuissem hac nauicula. hoc·n· habeo tm̃ quod adimi mihi possit: priuatus etiam fuissem rege meo. sed quotquot

alios uoluissem reges ꝓculdubio inuenissem: qui ministerio meo indigẽtes. seruitiũ meũ plibenter sibi delegissẽt: & fortasse hoc lucri fecissem: qꝫ ꝓ uetusta & attrita: q̃lẽ hãc intueris: nouã mihi & magis solidã lembũ acq̃sisse at Plutõ q̃tas opes quantos honores: q̃tum regnum amisisset: q̃tam in egestatem: quantam in calamitatẽ decidisset qui neqꝫ par q̃ aliud regnum uti parem ego uel meliorem nauim: neqꝫ parem alium famulatum uti parem ego uel meliorem dominũ inuenisset? Excedo iam modũ dicendi. sed si tempus sineret narrarem & quibus olim curis uexatus: quãtoqꝫ timore cõcussus ꝓpter bella gigãtũ fuit summus olimpi rector: cuius narratio maiorẽ etiã augeret eorum que supra tibi dixi malorũ cõfirmatõem PA haud opus ẽ exẽplis mihi: nã nemo mortaliũ fuit qui maiora q̃ ego unq̃ uiderit eoꝝ malorũ exempla: qd enim extitit his tẽporibus troiano rege maius: quid opibus suis cumulatius. quid opidis munitius et pulchrius? Et quid demum exitu tantorum bonorum tristius. quid crudelius quid flebilius? Vidit infelix pater tam longum & ardens bellum. tot cruentas mortes gnatorũ suoꝝ. uidit euersam funditus & incensam urbẽ:

uidit latrantē cōiugē: captiuatas nurus & filias: populationem tantarum diuitiarū: ipse quoq; qđ ultimū restabat illi senectutis sue solatiū. pyrri ense cōfossus: & crudelissima morte consumptus est. CHA Quis melius me hec nouit. qui cūctos hac scapha transuexi: a quibus & oīem calamitatem suam seriatim perdidici? notus est habūde mihi Priamus: cuius cognito acerbo casu. nō potui non dolere. notus est Troiulus. noti Hector & Deyphebus. nota est cetera tot filiorum ac nepotum turba. noti innumerabiles q illo bello perierūt: troiani pariter & gray duces: nota est infinita que tunc occidit populoꝝ manus. nullo meminí tpe longiorem interfectoꝝ multitudinē huc descendisse q̄ illo: quo ita lassatus fui. ut p̄ multitudine omnibus transuehendis minime hec cymba sufficeret. Plane qd opus est tibi mōitore ad aperiendas eorum miserias quas tu subiectas oculis tuis habuisti? q si per angustias temporis liceret (iā enim uideo ꝓpius nos applicare ripe) narrarem & milia aliorum tirānorum: ex quibus cresceret etiā magis tibi opinio eoꝝ calamitatis nā illud possum qđ certo scio tibi ueꝝ affirmare nullum fere me uidisse unquam tirannorum huc

47

descendentium (descendunt porro huc omnes) q non uel alicuius ueneni infectionẽ uel magnas ulcerũ cicatrices & sanguinolẽte alicuius mortis horrida signa: prese ferret: ita mirum est uidere tot ac tãtos necatos, cõfossos. cruentatos trucidatos. PA qs nũc se tãtis in malis tirannũ unq̃ esse optabit? quis imperia assequi queret: que iam certius certo cognosco: magis fugienda esse q̃m meduseum caput? CHA Audisti quibus apud superos tirãni malis torquent̃. sed si intelligeres que hic apud inferos grauiora etiã illis parãt̃. perhorresceres & longe magis eorum sortẽ. PA Ergo & alia hic tirãnis parãtur? CHA Credis Palinure scelera que patrant mortales: hic aliqñ impunita esse? PA Hoc mõ aĩaduertebã. CHA Animaduertẽdum est igit̃ tibi quodcũq; in uita peccatur, pari demũ post mortem & respõdente peccatis pena puniri. Nam ut capias qđ dico: si tute Palinure artem tuam nauicularia m uiuens male exercueris: si ĩ dñm tuũ mali qdq̃ uel cogitaueris uel commiseris: Si inaudiens dicto suo extiteris: inuenies hic tibi preparatas hiis que deliqueris similes penas PA Nihil ꝑfecto Charon scio qđ male egerĩ uel ĩ dñm meũ peccauerĩ

nisi somnolentam illam dormitationem meam: qua negligentius certe quam debebam me gessi. Nam magno in periculo nauim simul & dominũ quem uehebat meum reliqui. nisi uigilãtior ipse et caucior melius sibi consuluisset. sed penarum satis tũ ob hoc crassũ peccatũ meũ: etiã in uita recepi. CHA Recipies etiam in morte. ibis enĩ cũ e naui te dimisero ad seueros iudices nostros: qui examinant & censent delicta omniũ: Ducẽt quoq; te in examinationẽ: scrutabunturq; crimĩa tua: Videor uero uidere q̃li te iudicabũt pene subiciẽdũ: PA Quali? CHA Parẽ peccato tuo tibi penã statuent. Nã quom somno peccaueris: eterno etiã te sõno dãpnabũt. PA Dormiã ergo eternum? CHA Ita puto nisi grauius sit aliud peccatum tibi. PA Sic mites habeam iudices: ut non sit grauius aliud mihi. CHA Nullam ergo nisi sompni penam patieris. PA Non hec grauis pena mihi uidet̃. CHA Neq; asinis etiã & bobus: at magnis & excellenti aliqua uirtute preditis uiris grauissima estimatur. PA Quas uero dic penas perferent tiranni. CHA Audis tot exclamãtes et lamentãtes uoces. tot horri-ficos planctus. tantum stridorẽ ferri: tot tractus

cathenaꝝ? PA Delectabat me adeo sermocinatio tua. ut his minime animum intenderem. sed quid audio tam triste atq; horrendum qđ pre horrore pene aures mee sustinere nõ possunt? CHA sunt hec que audis tormenta tirannorũ. Nam quom illi in uita carcere queq̃ ĩcluserĩt: spoliauerint: flagellauerint: trucidauerint: in summũ luctum: in summam egestatem & calamitatẽ deduxerint. damnati sunt etiam ab incorruptis iudicibus ad perferendas pares penas. Ideo teterrimis quoq; carceribus ĩclusi spoliati. flagellati: rotati: cesi membratim: ac mille atrocissimis mortibus cruẽtati: tantos edũt quantos audis gemitus: tantũ luctũ: tot ac tãtos reboãtes clamores atq; eiulatus. PA Dic etiam mihi Charon an his penis plectũtur q magni atq; primarii tirãnis adsistũt? CHA Prorsus hisdem. nam suasu & cõsilio eoꝝ maxĩe cõmittũt tirãni scelera sua. PA An & in uita illi beati? CHA Nõ secus ac tirãni qbus assistũt. Nam hisdem quoq; malis subiecti sunt: eadem enim sunt in eos populoꝝ odia: Maiora etiam inter se: eedem cure: eadem pericula: & qđ miserabilius ẽ deiiciũtur sepe a tirãnis suis: & uel carcere uel morte aliquando pessima afficiuntur

PA Tāta est ergo tāq; generalis oīm calamitas? ullam ue prorsus esse putas hominum sortem que beata dici possit? CHA Immo beatos aliquos non nego fuisse mortales sed per raros tn̄? PA quos p raros? CHA q amore uirtutis & litteraꝝ contemserūt cetera mūdi bona: qui se innocuos: puros: castos: integros: incorruptosq; cōseruātes: extulerunt animū altius ad gustandum diuinam excellentiam: humana quasi sordida et abiecta relinquentes. nam uirtus per se tam dulcis tamq; iocunda res est. ut incredibiles amatoribus suis afferat uoluptates. tam nobilis & p̄stans est eius possessio: ut summa quadam bonorum ubertate ditet possessores suos: quā qui uere est assecutus, nihil preter litterarum studia dulce: nihil preter dei cognitōnem habet amabile: que tam p̄dulcia sibi bona stabilia: perpetua: incorrupta preelegit: custodit complectitur. reliqua uero mundi supremo tandē gustu: amara: infirma: momētanea: corruptibilia: fuco mendatiora: hilo inaniora: hilla ieiuniora: pappis uolātibus leuiora. fugit contēpnit: abicit: conculcat: contētusq; se ipso ac honestissimis suauissimisq; studiis suis: totū nihili mundū ducit. ruentemq; etiā nō formidat. in his

recreatur: refocillatur: letã & iocundã agit uitã: ridet tantas hoĩm tãq; stultas: & ultro sibi quesitas: anxietates: tot ineptias: tot cassos labores tot inanes curas: nemini nocet: nemini molestus est. laudant eum omnes: predicant: admirantur: beniuolentia complectuntur: fauore ꝓsequũtur: Quam uere hic beatus est: qui conscientie sue innoceutia & integritate fruitur: quod primum est: & dulcius omnibus bonũ: securusq; sui nullo timore angitur: nulla angustia torquetur: non timet largas (quibus caret quasq; nihili faciat) diuitias sibi a potentioribus eripi: non timet a quoq̃ se ledi: q nec queq̃ se lesisse certo ĩtelligit Q̃ uere hic felix est: q tot tãtisq; semotus curis & periculis: tantarum uacuus ꝑturbationũ: sibi semper aliisq; iocundis: letetur semper: & oĩbus quotquot sunt mundi honestis et his etiam que celibum commũes sunt perfruatur uoluptatibus: qui humanioribus sanctioribusq; deditus studiis contẽpnat omnia. contẽpnensq;: omnia possideat. nam possidere is omnia uidetur: non qui oĩbus habundet. sed cui nihil deficiat. porro nihil illi deficit qui nihil concupiscit. cõcupiscens autem nihil: contempnit omnia: contempnensq; ita id

assequitur quod desiderat. desiderio uero suo frui: ea demũ uera & sola beatitudo bonorumq; oĩm plenitudo ẽ. PA Hi ergo quom nihil male egerint penarum etiam nihil paciuntur? CHA Nihil prorsus: immo ꝓpter transactã bene uitã: meritũ magnum assequũtur. PA Quod? CHA uel celi fiunt incole: cõmunicantq; eternũ illis celestibus bonis: uel si huc descendũt: mittũtur in elisium: qui locus est quietis ac deliciarum: ubi sedes fortunate: campi aperti: leti omnium omnino penarũ expertes. PA O si mihi ad mortales redire aliquando cõtingeret: inclamarẽ q̃ magna possem uoce: admonerem pro suo quemq; officio & dignitate: accusarem tantam laborum frustrationem: tantam curarum uanitatem: tot corruptas opiniones peruersaq; iudicia. Sed q̃m maxime increparem qui uel magistratu quopiam magno uel imperio ceteros antecedunt: ostẽderẽ tanta que antea ignorabam: sed te docente nunc intelligo mala eoꝝ grauissima: dictuq; horribilia reuocarem oĩes a uiciis: ab inferendis iniuriis: a molliore uictu: a superflua agendarũ rerũ cura incenderẽ desiderio uirtutis: laudarẽ innocẽtiã: ꝑdicarem frugalitatem: exhortarer cũctos ad bõ

grauiter: castigateq; uiuẽdũ: ad se cognoscẽdum: ad contempnendũ tot caduca. et somnii cuiusdã uel umbre magis similia mundi bona. inuitarẽ ad honestas artes: ad ingenuas exercitationes: ad studia litterarũ: ad spem ac cõtemplationem diuine bonitatis. CHA. Et recte sane. sed uides ne te ripã attigisse? Egredere iam. PA. Et iam egressus sum. ad iudices eo. placidã opto tibi sp nauigationẽ. salue o Charon & uale. CHA. Et ego ad reliq̃s umbras redeo: placidos opto tibi sp iudices. salue o Palinure & uale.

CVm in rebus bellicis ſꝑ.ceteris uero animi
uirtutibus aliqua etate: cunctis gentibus
Romanos p̃ſtitiſſe non modo apud latinos: ſed
apud grecos etiã ſcriptores legerẽ: eorũq; laudes
in celũ ab illis ferri audirem. Id potius ingenii
magnitudine eorum qui ſcripſerĩt: atq; ubertate
euenire cenſebã: q̃ ueritate rei. romanoꝝq; geſta
pro eorum eloquentia augmentaſſe hiſtoriarum
ſcriptores. dolebãq; nõ nunq̃ uix aliquod illoꝝ
animorum ueſtigiũ noſtris hominibus apparere.
Verum magnifice uir: cum tuas ſingulariſſimas
uirtutes hac noſtra tempeſtate aĩaduerto: plura
romanorum hominum fuiſſe q̃ ſcripta ſint nihil
dubito. Letorq; magnũ illius romane eloquẽtie
antiqtatis exemplũ ſumma norma in tuis factis
eſſe. Tantam enim prudentiam in te cernimus
ut ea que facis: etiam ſi qui uellent decertare
nequeant. dubiumq; pluribus fiat. ſeueritatis ne
plus in te an comitatis ſit. Nã qs aut ſanctior:
aut ſuauior pro loci & temporis poſtulatione te
unq̃ fuerit? Quippe cũ ad unguẽ ut aiũt iuſticiã

obſerues: ita pius ut dãnati te diligãt. Quibus uirtutibus tãta erga te beniuolẽtia affecti ſunt omnes hi ciues, ut magnas ſummo põtifici grãs agant: ꝙ talem uirum eoꝝ gubernationi miſerit. Ego uero ut patrum tuorum incredibili uirtute gaudeas: eoſq; ut facis imiteris, ex greco ĩ latinũ trãſtuli cõtẽtionẽ q̃ndã Alexãdri Annibalis & Scipionis: primo a Luciano oratore ſcriptam. tum a libanio emendatam. Adiunxit quidem nõ nulla huic operationi nõ inepte Libanius: Breuiſſime ergo cognoſces que tres p̄ſtãtiſſimi duces fecerint. Qua in re gratum meo quidem iudicio tibi erit duobus clariſſimis ducibus Annibali atq; Alexãdro a Minoe p̄latũ fuiſſe Scipionẽ Coram hoc enim iudice apud inferos de p̄ſtãtia certarunt. Audi illos.

ALEXANDER. O Libice me decet p̄poni: melior quidem ſum: ANNIBAL Immo uero me ALEX. Iudicet ergo Minos qui ſemper iuſtiſſimus iudex eſt habitus MINOS. Qui eſtis? ALEX. Hic eſt Annibal cartaginenſis. Ego autem Alexander Philippi regis filius. MI per Iouem utriq; glorioſi. ſed qua de re uobis altercatio eſt? ALEX. De

presidentia. Dicit enim hic sese meliorem q̄ ego ducem exercitus fuisse. Ego uerum nō hoc solū. sed oīnibus ferme qui ante meam etatem fuere in re militari p̄stantiorē me fuisse affirmo. MI Dicat ergo uterq; pro parte uirili tu q; o Libice prius loquaris. ANNI. Vnum hoc me iuuat ut et hic sermōem grecū didicerim ut neq; etiā hac in re Alexander me supet. Illos maxīe laudis dignos puto q cū parui a principio fuere. propria uirtutes ad magnam gloriam euasere. potētesq; facti & prīcipatu digni uisi sunt. Ego igitur cum paucis quibusdam hesperiam primū inuadens cum subconsul essem optimus a fratre iudicatus. maximis rebus idoneus uisus sum. Tū Celtiberos cepi. gallos deuici. & cum magnos montes transmigrassem omnem heridanum transcurri. multasq; ciuitates euerti et planam italiam subiugaui; et usq; ad suburbia Romana grassatus sum; totq; uno die romanos occidi ut eorum annulos modiis mensurari oportuerit. & ex cadaueribus pontes fluminibus fecerim; atq; hec omnia peregi. neq; amonis dictus filius neq; deum me fingens; aut matris insomnia narrans sed me hominē fatebar; pugnabāq; contra duces

52

magna prudentia, contra milites magna audacia atq; fortitudine pditos. non aduersus medos aut armenos: qui anteq̃ quispiam sequatur fugiunt facileq; cuiq̃ audenti uictoriã tradũt Alexãder uero patris regni successor & id fortune quodam impetu ampliauit: qui cum uicerit illum miserũ Dariũ. apud ipsum et Harbelas uictoria cepit. antiquã ex patre cõsuetudinem obmittẽs delabi: non turpe putauit: seseq; ad medorum delicias inuitari libenter tulit. atq; in conuiuiis amicos interemit qbus cũ morerentur auxiliari conatus est. Ego autem patrie eque dominatus sum: que cum me reuocaret hostiũ magna classe aduersus libiam nauigante: parui: continuoq; me hominem priuatũ dedi. & damnatus equo animo rem tuli: que quidem egi barbarus natus omnisq; grecorũ disciplĩe expers: & neq; Homerũ ut hic edidici. & neq; Aristotile magistro eruditus. sed solũ mea natura optima sum usus. Hec quidem sunt qbus me meliorẽ Alexãdro esse puto. Si uero ea causa mihi hic pferendus est q caput eius diademate ornauerit: id deorũ forsan apud macedones est. non tñ ob id prestantior hic uideatur generoso duce & uiro qui mẽtis sentẽtia magis q̃ fortuna

est usus. MI. Hic ergo orationẽ neq; ingenerosam neq; ut Libicum decebat dixit. Tu uero Alex. quid ad hec inqs ALEX. Oportebat inquit quidem: o Minos homini adeo temerario nihil respõdere: solũ enĩ te nomẽ satis edocere põt qualis ego rex. q̃lis hic latro habitus fuerit aduerte tamẽ an parũ ipm supauerĩ. Adolescẽs adhuc rem aggressus regnũ obtinui & de patris mei interẽptoribus ultus sũ: at cũ Thebas subuertissẽ. toti grecie terror fui. ab ea dux electus: neq; dignũ putaui macedonũ regno me cõtentũ esse: quod pater reliquerat: sed totum terrarum orbem sperans: durumq; putãs nisi rerum omniũ dominus factus essem; paucos quosdã mecũ agẽs in asiam me traduxi: & apud Theogonium cum magna pugna uici: lidiam: ioniam: & frigiã cepi & tandem quecũq; transierim subiugãs. ueni ad ipsum locũ ubi Darius me expectabat: infinitos exercitus agens. post hec o Minos noscis quot ad uos uno die mortuos miserim: Dicit. n. Charon tũc sibi scaffã insuffecisse: sed ligna quedã adiungens illorum plures transportasse. atq; hec cõfeci me piculis opponẽs & in pugna uulnerari nõ timens: et ut que apud Thirum & Arbelas

53

gesta sunt obmittã, usq; indos ueni atq; occeanũ
mei regni terminũ feci: et illorũ hoĩm elephãtes
habui: Porum uero meũ captiuũ coegi: & scitas
homines certe non spernendos subiugaui: tanaim
sup trãsiẽs magna equitũ pugna uici ac amicos
meos remuneraui: de ĩimicis ultus sum. Sin uero
deus hominibus uidebar. parcendũ illis est. Nã
rerũ magnitudine ut tale aliqd de me crederent
inducti sunt: Tandem mors me regem occupauit
hic uero Annibal prusiam bictinium exulauit:
& crudelissimo & pessimo homini cõueniens erat.
Q3 uero italos uicerit obmitto dicere. nam non
uirtute sed malicia atq; pfidia et dolis id pegit.
Nunq̃ uero alicuius claritudinis aut iusti meõr.
sed qm̃ q deliciose uixerim uituperauit. oblitus
mihi esse uidetur eoꝝ que apud capuã admiserit.
ibi enim mulieribus deditus est & uoluptati. His
uir mirabilis per belli tempus inseruiebat. Ego
quoq; ea que sub occidente sunt parua quidem
putans nisi uersus orientem me impulissem quid
magnificum perfecissem? sed non digna mihi uisa
sunt illa contra que pugnassem. inclimata redii
dominum me fatentia. Nam italiam atq; libiam
dictioni mee adiũgens usq; gades facile iuissem.

Iam dixi: Tu quoq; o Minos iudica. hec qdē e multis satis sint. SCIPIO inqt Nō: nisi me prius audias o Minos. MI. qs tu uir optīe es? aut unde q hisce claris ducibus te cōferre audes? SCI. italus Scipio romanus. MI. Audiēdus qdem es. SCI. Ego o Minos hec nō dicā ut pferri uelim. Nunq̄. n. huiusce generis honoris auidus fui: sed sp esse: q̄ uideri malui: nec qđ isti utriq; fecerint in me laudādo alios uituperē. Iā puero mihi oīe uitiū displicuit: & bonis artibus a primis ānis deditus: hūanitatiq; inseruiēs. scire solum: turpe putabā. sed opere semper perficere quidqd magnificū a maioribus natu aut litteris didicissem conatus sum. Itaq; adolescēs uixi ut maxima patrie spes fuerim: que illam frustrata non est. Nam cū senatus maximo timore: an eēt patria relinquenda consultaret: uix iuuenis cum ei etati nō liceret in medios senes psilii: & stricto ense patrie hostem me habiturū profiteor: eum qui deserende patrie sententiā protulit. Quare uix quartū & uicesimū annū agens: dux electus: nō cū magno exercitu uersus cartaginem iui atq; Annibalē secutus uici: atq; eum in turpem fugā conuerti: et deuicta cartagine non rei felicitate

elatus sum: eundē me amici: eundē me patria post uictoriā habuit. diuitias uero in bonis amicis esse putaui: non in auro. Nam per quatuor & quinquaginta annos quibus uixi nihil unꝗ̄ emi aut uēdidi: ex foro quoq; nūꝗ̄ reuertissem nisi quēpiā mihi aliquo modo amicum fecissem: & ut mercatoribus pecunias lucrari studiū est: ita mihi ut adipiscerer hoīes oī metallo p̄stātiores cura erat. ꝗbus ꝗ̄lis fuerim Titus liuius ceteriq; historici testari possunt. at ex cartagine reuersus triūphū egi. Censorq; factus sum: egiptum: siriā: greciā ꝑcurri: iterūq; absens cōsul electus bellū maxīm cōfeci et numātiā euerti atq; alia egi: Nūꝗ̄ me aut in ꝓsperis eleuantem fortuna aut in aduersis opprimētem uidit: quin tāta animi liberalitate usus sum. ut cū grandis dn̄s esse potuerim ꝗ̄tuor & uiginti solum libras argenti reliquerim. illud nō tacebo scilicet me nunꝗ̄ iniustū aut crudelē fuisse. aut alicuius generis uoluptate corruptū. et hec uti insipiēs dixi. non ea ratione ꝙ p̄ferri uelim retuli. sed graue erat non mōstrare ut est romanos omni genere uirtutum ceteras gentes superasse. Itaq; ut uiuus ꝓ patria pugnaui: patrieq; pietatē mihi & rebus ceteris p̄tuli: sic nunc

apud te o Minos ꝓ patria hec dicta sunt. MI-
NOS per Iouem o scipio & recte & uti romanū
decet locutus es. Itaq; cum disciplina militari
rebusq; bellicis. aut hisce eq̄lem aut te p̄stātiorē
discamus. pietate uero ceterisq; uirtutibus maxīe
hos superasse didiscimus Te p̄ferēdum censeo &
Alexander secundus sit. & tercius Annibal. nec
hic quidem spernendus est.

MAgnifico dño. L. de columna Rinucius
felicitatẽ. caloribus proxime ſuperioribus
cum curia ualitudine peſſĩa laboraret: & curialiũ
egrotantium ſtrages in urbe maxima eſſet: ut ab
huiuſmodi moleſtiis animũ diuerterem: me totũ
omnibus poſt habitis: ad litteras conuerti: atq;
traduxi in latium ut ſic dicã e grecia: Luciani
dialogũ q inſcribit̃ Charon: de uanis irridẽdiſq;
circa res humanas mortalium conatibus: Quem
Reuerendiſſimo patri dño Johanni Cardinali
Morinẽſi aſſcripſi. Hunc dialogũ in p̃ſentia ad
te trãſmitto: ut de meis uenatõibus qbus animus
alitur & qbus tu a paruulo es educatus: ex quo
de tuis que ad corpus pertinent: guſtare nequeo:
& guſtes: & fruaris. Qua fruitione ſi te delectari
accepero: ueluti a teneris annis delectari ſolebas:
aliis uenaciunculis nõ minus ſuauibus in diem te
uiſitabo. Vale Rinuti tui memor: et te equo
animo ad meliora tempora reſerua.

CHARON. Missa istec faciamus o Clotho. cymba uero hec iã pridẽ nobis disposita ẽ. & ut deduci possit bñ pata. siquidem & sentina exhausta & malus erectus: ac uela explicata sũt: & remoꝝ siguli loco positi: nihil impedit: q̃tũ in me est: qn sublatis ancoris nauigemus. Mercurius tñ diu nos hic remorat̃: qñ eũ presto esse iam oportet. Nauigiũ preterea ut uides: hoc: uectoribus uacuũ est: cũ licuisset nobis per hunc diẽ tercio enauigasse: et iam ꝓpe aduesperascit: nos uero adhuc neq; obulũ lucri-fecimus. Tũ haud ignoro Plutonẽ insimulaturꝫ me negligẽtie & tarditatis cum apud alium sit huiusce more causa. bonus uero & strẽnuus ille mortuoꝝ ductor: q̃tũ alius quisquã: obliuionis aquã ebibit apud supos: & ita ut sui ad nos redi-tus plane fcũs sit ĩmemor. Verũ aut colluctat̃ cũ ephebis: aut cytharam pulsat: aut orationes nõnullas suo more trãsigit ac ꝑorat: dicacitatẽ &

ineptias suas palã facturus: aut forte aliquo clã
pteriens furat̃: est. n. et hec una ex eius artibus
industria: deinde ipse apud nos iactabũdus gl'at̃
& insolescit: tametsi noster ex parte dimidia sit.
CLOTHO. Quid nosti o Charon. Vtrum
illi aliquod spem pter: acciderit negotiũ: Iouis
gratia qui in rebus superioribus multũ eius opa
utitur? est nãq; & ille dominus: CHARON
Non tamen adeo o Clotho ut in cõmunẽ pos-
sessionem ultra modum imperium habeat. nam et
nos Mercurium ipsum cum hinc ad superos mi-
grandum est: demorati nunquam sumus. noui tñ
ipse huius rei causam. Apud nos nanq; bellucũ
dumtaxat: libationes et inferie. reliqua uero
tenebre: caligo & obscuritas. in celo autem clara
sunt omnia: ibiq; ambrosia plurima: et nectar
abunde: quapropter suauius illi uidetur morari
apud superos. a nobis namq; cum abeundum est:
statim subuolat: ac si ex carcere quoq̃m defugiat
postq̃m autẽ descendendi ad nos tempus ĩminet:
tarde et sensim ac lento gradu: uix aliq̃ndo tãdẽ
demigrat. CLOTHO. Ne aplius indignare
o Charon. prope nanq; ut uides ille adest: quã-
multosq; ad nos ductat: quinimmo tanq̃ gregem

hosce una cõpellit baculo. Quid uero illud? agit enim & quendam uinctum inter reliquos: quendã uero ridentem: alium suspensam peram: & lignũ in manu habẽtem: respicientẽ truce: & insectãtem alios. nonne et Mercurium ipsum conspicaris desudantẽ: puluere pedes cõspersum: & anhelantẽ maxime? est enim et illi os anxium. Quid hec o Mercuri? que istec festinatio? nã & turbato cuipiam nobis uideris assimilis. MER. Quid aliud o Clotho nisi ꝙ hunc scelestum refugientẽ insectatus: uix hodie ad uos diuerti? CLO. Quis iste: aut cuius rei gratia fugam ceperat? MERCVRIVS. Id quidem clarũ: uiuere enim malebat: est enĩ impator qdã. & tirannus. utq; ex eius potest eiulatu et questu cognosci. magna quadam uidetur esse felicitate: uel ipso affirmante priuatus. CLOTHO. Deinde demens refugiebat: q̃si rursum posset reuiuiscere: deficiẽte sibi fili glomere. MERCVRIVS. Refugiebat inqs? quinimmo: nisi magnanimus iste: qui baculum gestat: me iuuisset: ita ut eum cõprehendẽtes uinxerimus: abiisset: nos prorsus euadens. Nã ex eo quo nobis ꝑ atropũ tempore demandatus est: toto itinere reluctãdus:

& pedibus utrisq; in terram fixis: renitebatur: ita ut non facile deduci posset. nonnunq̃m uero orabat & p̃cabat̃ se ad breue missum faceremus. Insuper multa se datu℞ pollicebatur. Ipse uero (ut erat decens) cũ uiderem: que fieri nõ possẽt postulantem haud permittebam. postq̃ uero ad fauces ipsas uentum est: me mortuorum numero (uti mos est) apud Eacũ recensente: eoq; nume℞ ipsum ad simbolum & tabellam sibi per sororem tuam destinatũ: conferente: clã nescio quo pacto detestandus fugam ille ceperat. Deerat itaq; ad numerũ unus. Tum Eacus in me supercilia distringens. ne semper inquit o Mercuri utere hac tua predandi arte: satis habent tui in celo ludi. que uero ad rem functorũ uita spectãt diligẽtius exquirunt̃. ita ut latere non possint. ultra mille quatuor habet symbolum hoc & tabella imp̃ssos & ĩscriptos. tu uero uno minus detulisti nisi forte dixeris haud eque tibi eos adnumerasse atropũ. Tum ipse ad uerba erubescens: cum is qui scd̃m iter obluctabatur: mox memorie occurrisset: circunspectans: dũ eum nusq̃ uideo: fugam cepisse cognoui. Statim igitur sum eum insecutus: q̃ntũ mihi inerat celeritatis: ea q̃ itur ad lucẽ optĩo

uiro hoc ultro subsequente me: ita ut utriq; ceu stimulis concitati cursu contendentes: illum in tenaro ipso deprehendimus: adeo ex fuga precesserat. CLOTHO. Nos uero o Charon Mercurium negligentie arguebamus. MER. Verum quid hic moramur quasi iam nõ satisdiu sit immoratũ. CLO. Recte inq̨s. ĩgrediantr. ipsa uero libellũ capiens: ac sella de more insidẽs aduenientes singulos perlegam: quis: unde: quo mortis genere: et fato defunctus. Tu uero o Mercuri: hosce excipiens: dispone & ordina: & primum hos recens natos inferto: quid enĩ mihi possunt respondere? MERCV. Heus tu o portitor: ii numero trecenti sunt cum expositis. CHA. O uenationem optimam acerbos & immaturos deducis mortuos. MER. Libet o Clotho illugubres & ĩdefletos: post hos pducã CLO. Seniores dicis. fac ut lubet. quid enim me oportet habere negotiũ: si uelim ea que ante Euclidis tpa gesta sunt: inuestigare? MER. Vos qui sexagenos exceditis annos adeste. quid illud est? nõ isti me audiũt pre ãnis obtusi aures: necesse forte mihi erit. uel istos sublatos: alios afferre. Ecce & ii duo de q̃drigẽtis pmaturi oẽs &

tẽpestiue lecti & me Ioue passe uue sunt. CLO post hos q trucidati sũt ꝓducito o Mercuri: et pores dicite: quo pacto uos huc enecti aduẽistis. Quinimmo uos oẽs in his scriptis intuebor: heri in medea quatuor & octoginta oportuit bellãtes cadere: et cum his una Oxiarci filium Gouarẽ. MER. Adsunt? percontare. CLO. ꝑterea: ubi nam et illi quos philosophus Theogenes: & cum eo alii septem: per causam scorti megarensis iugularuut? MER. ii pone sunt. CLO. ubi & q ĩperii gr̃a sese mutuo necarũt? MER Ecce astãt. CLO. q uero ab adultero & uxore ĩterẽptus ẽ? MER. ecce tibi ꝓximus. CLO producito et q iure sunt cesi. illos dico q capite damnati. uel qui sude transfossi: qui uero a predonibus occisi: qnq; & decẽ: ubi sunt o Mercuri? MER. Qui gladio cesi sunt: adsunt omnes ut uides. Vis & mulieres producam? CLO etiã qui naufragio periere: una enim mortui sunt: et fato simili ac pari. MER. uis & qui febre? CLO. Et hos simul: ac cum eis Agathoclem. medicum. uerũ ubi nam & philosophus Ciniscus cui cum esset ecatis cenã & expiationũ oua epulaturus: moriendũ fuit? CINISCVS. Iam

pridem tibi asto heus tu o optima Clotho: quo
nam meo facinore uel improbitate permisisti me
tamdiu apud superos? quasi ut arbitror: totum in
me fusum explicasti. quinetiam cum temptassem
sepius filũ intercidere: nescio quo pacto dirumpi
nõ poterat. CLO. Eq̃dẽ te humanoꝝ facinoꝝ
reliqueram contemplatorem & medicũ. Ingre-
dere tamen fortuna bona. CINIS. Per Iouẽ
nisi prius uinctũ hũc introduxero: haud quaq̃
ingrediar. uero enim ne te precãdo & rogitando
seducat. CLO. Agedum: uideam quis nam
is est. CINIS. Megapentes lachiti: Tirã-
nus. CLO. Ingredere tu. MEGAPEN-
THES. Nequaq̃ o hera mi Clotho. qnimmo
ꝑmittito me parũper redire ad lucẽ. deinde uero
ad te ueniam: uocante nemine. CLO. Quid
illud est cuius grã abire hĩc cupias? MEGA.
Domus mihi primũ esset tuo permissu absoluẽda:
que ꝑ me semiperfecta relicta ẽ. CLO. deliras:
ingredere iam inq̃. MEGA. Non multum
exposco temporis o diua mi Clotho. unũ saltem
& hunc diẽ sinito me manere apud supos quousq;
uxori palam faciã: quo in loco thesaurũ magnũ
habuerĩ defossum. CLO. esset id tibi uolupe

haud impetrabis. MEGA. fiet itaq; tāti auri iactura? CLO. minime fidens esto Megacles: namq; tuus nepos capiet. MEGA. O iniuriā ille ne mihi infensus & hostis: quē ipse ante hac pre incuria ac negligentia non interemerim⁹. CLOTHO. Ipse idem. & tibi erit ad q̃dragesimum annum superstes: uel pauloplusculum. Item et concubinas: uestem: & aurum omne tuū habebit. MEGA. Haud recte mecum agis o Clotho: mea omīa mihi īfestissimis impartiens. CLO. Tu uero o prestantis animi uir nonne. Chidimachū cuius fuerāt hec omīa substulisti e uita. Insup spirāti adhuc illi liberos adiugulasti? MEGA. Nunc uero mei erant iuris et ditionis effecta. CLO. Ergo earū possessiōis tempus & tibi decessit. MEGA. Verū audi obsecro o Clotho que uelim tibi seorsū: audiēte nemine dicere. Vos uero secedite paululum. Si me missum feceris abireq; permiseris. polliceor me tibi hodie daturū talenta mille auri signati CLO. Etiam nunc aurum & talenta o ridicule menti habes? MEGAPEN. Crateres binos si libet addam: utrosq; talenta centum auri puri appēdentes: quos enecto Cleochrito surripui.

CLO. Trahite hunc: uidetur enim nõ libẽs ad nos iturus. MEGA. Vos testor equidem: imperfectus mihi relinquitur occeptus murus et naualia: que proculdubio perfecissem: si ad qntũ superuixissem diẽ. CLO. Hec haud tibi sint cure: alius molietur et construet. MEGA. illud tamẽ iure exposco. CLO. Quale illud est. MEGA. Eo usq; reuiuiscere: quoad subactis persis et lydis: tributa imponam: mihiq; monumentum excitem ac statuam peregregiũ: ubi cuncta per me bella magnifice gesta: dum essem in uita inscribam. CLO. Heus tu: his rebus cõficiendis: haud certe diei unius: sed annorũ uiginti tẽpus exposcis. MEGA. Quin etiam paratus sum: sponsores dare: tã celeritatis q̃m reditus: uel si libet Antandrum amantissimũ filiũ uobis ꝓ me tradã. CLO. O ingnatissime Illum inquis quem persepe precabare reliquere tibi in terris superstitem? MEGA. precabar hec olim. impresentiarum uero id uelim: quod mihi uideo prestare. CLO. Veniet tamen et ille post te paululum: per nouum imperatorem trucidatus. MEGA. Itaq; ne illud mihi cõtradixeris o diua. CLOT. Quod illud est



MEGA. Videre uelim: que post me futura sunt: quemadmodum sint se habitura. CLO. ausculta ergo: ut his cognitis: angaris magis & doleas. Vxorem Medas seruus quã et olim adulter auerat; habiturus est tuam. MEGA. O hominem execrandũ: quem ipse uxori ꝑ se ꝑcanti morem gerens: dimisi liberũ. CLO. Filia uero inter ꝑsentis tirãni cõcubinas deliget. Imagines autem et statue quas quondã tibi ciuitas erexerat; euerse risum ꝑbebunt spectãtibus. MEG. Dic mihi: amicorum nemo moleste istec feret? CLO. Quis enĩ erat tibi amicus; uel cuius rei gratia effectus? an ignoras: qui te uenerabãtur: dictaq; ac facta tua efferebãt laudibus: uel timore: uel spe aliq̃ id egisse: cũ essent priucipatus & dignitatis amici & tpi inseruiẽtes? MEGA In conuiuiis tamen frequẽtes & uoce sublata & uotis mihi bene esse cõprecabanẽ: uel si licuisset promtissimos esse eorum singulos mee uite suam post habere: et priores obire mortẽ. deniq; solus eram illis iusiurãdum. CLO. Cur igiẽ apud horum quẽdam heri cum cenasses e uita sublatus es? quod enim tibi postremo bibendum oblatum est: te istuc trãsmisit. MEG. Ergo eapropter

nescio quid presensi amaritudinis. Verum quid ille uolẽs id effecit? CLO. Multa pcõtaris cũ ingredi iam tibi necesse sit. MEGA. unũ illud me angit maxime o Clotho; quo paululũ reflectere ad lucem iter cupiebã. CLO. Quid illud est? apparet enim aliquid permagni esse. MEGA. Carion meus uerna: cum primum me mortuũ ĩspexit; sub uespm domũ ubi ipse iacebã ascendit. cumq; id illi per ociũ liceret; nemo enĩ erat q me custodiret relictus: gliceriũ cõcubinã meã seorsum agẽs: ꝓ pristino ut arbitror libidĩs commertio: attracta & occlusa porta: incestabat: ea licẽtia ac si nemo intus affuisset. cũ aũt satis cepisset uoluptatis: ad me conuersus inquit. tu uero inquinate homũtio: plagas mihi haud merenti sepe intendisti: his dictis: barbam uellebat & cedebat caput. deniq; cum pingue quiddã excreasset: me inspuit: & his super abi inquiens ad impiorum loca: excessit. ipse uero ira incendebar. neq; illi cum exanguis essem & frigidus officere quicq̃ poteram. Analla uero scelesta illa: cum primũ aduentantiũ quorundã strepitũ p̃sensisset: saliua oculos circunlita: quasi me defleuisset clamitans: & me insuper nomine appellãs: abscessit.

quos si cōprehendero? CLO. Desine minari et ingredere. tēpus iam est te in iudiciū offeras. MEGA. Quis autem audebit contra tirannū sententiā ferre. CLO. Contra tirannū nemo: contra mortuum Rhadamāthus: quem confestim iustissimū spectabis. & penas singulis pro meritis inferentem. q̃tū uero ad presens spectat: tempus ne teras. MEGA. Saltē me priuatū & ciuem facito o diua: uel e numero inopū: aut ex impatore seruū. id modo sine me reuiuiscere. CLOTHO. Vbi nam ille est qui baculum gestat: & tu o Mercuri trahite hunc intro a pedibus non enim ultro inscendet. MERCVRIVS. Sequere nūc fugitiue: excipe hūc tu o portitor: et acerrime deligetur ad malum. MEGA. Profecto throno me insidere esset decentius. CLO. Quobrem? MEGA. Quoniam me Ioue tirannus erā & armatos habebā innumeros. CLO. Deīde nōne merito uellebat te Carion: cum sis adeo ineptus & sinister? uerum si lignum degustaueris pacerbā hāc tuā habebis tirānidē. MEGAP. Audebit itaq; Ciniscus iste mihi baculum intendere? nonne ego te dudum: cum dicatior esses ad & mordendū acrior: prope sude

62

trãffodi. CI. Eapropter manebis huic malo affixus. MICILLVS. Dic o mea Clotho de me uero nulla uobis habet̃ ratio? uel forte qa inops sum: eo et ipse postremo sum ingressurus. CLO. tu uero qs es? MI. Cerdo & coriarius Micillus. CLO. deĩde adeo egreferrs morã: nõne uides q̃ta tirãnus iste polliceat̃ se datuꝝ: si ad breue fuerit dimissus? subit me itaq; admiratio nisi & tibi pgrata sit hec tarditas. MI. audi o deaꝝ optĩa: nõ multũ me ciclopis delcãt donũ pollicẽtis se utim ultĩo comessuꝝ. me igit̃ uel primũ uel postremũ iidem expectãt dentes. pterea nihil ẽ mihi cũ diuitibus simile: lõge. n. differẽs mea ac illoꝝ: ut aiũt ẽ uita. Tirãnus. n. cũ felix uideretur esse in uita: minabũdus cũctis erat et cõspicuus. cunq; tantum auri & argenti reliqsset: uestem insup & somnos: cenas: & optime forme mulieres: merito dolebat: & ab his reuulsus augebatur. nescio. n. quo pacto istiusmodi rebus tãq̃ uisco ĩherescit aĩus. neq; ab his discedere facile patit̃: qbus olim inheserit. quinetiã disrũpi nexus ille nõ põt: quo eos uinciri & obstrĩgi cõtigerit. utpote & si huc ĩuiti deferũt̃: clamitãt & obtestãt̃ cũq; fuerĩt in reliqs audẽtes: timidiores

ad uiã que ducit ad inferos adeundã reperiunt.
itaq; se retro cõuertunt: non secus ac solent qui
nimio amore rapiũtur. uolũt. n. lucem ac superos
uel eminus prospectare: cuiusmõi rem leuissimus
hic factitabat: qui scd̃m iter fugitans: nunc te
precatur & obsecrat. Ipse uero qui nihil in uita
habuerim qđ me teneret: nõ agꝝ: nõ domũ: nõ
auꝝ: nõ uasa: non gloriam: nõ imagines: merito
eram expeditus & liber: adeo ut cum mihi dum-
taxat Atropus innuisset: ipo cultro: uetustoq;
corio & crepidis ipis quas in manibus habebam
reiectis: libens ac desiliens statim & nudis pedi-
bus: nondũ atramẽtum & nigredinem abstersus:
secutus sum: qnimmo preuius fui & ductor: ante-
riora prospectãs. nihil enĩ me quod dimisissem
retrahebat aut reuocabat: & me Ioue que apud
uos sunt bona mihi apparẽt oĩa: nam & pares
hic esse oẽs: & neminem a ꝓximo differre sua-
uissimũ uidetur. Video etiã hic & debitores ipos
haud repeti: neq; tributa dari: & qđ maximũ est:
neq; hieme ipo algere quemq̃: aut egrotare: neq;
a potẽtioribus cedi: pacata. n. sunt oĩa. Insup
& res ipe a nostris longe diuerse & incõtrarium
reuolute. nos enĩ inopes & calamitosi ridemus:

anguntur aũt & ingemiſcũt diuites. CLO. Iã dudum te o Micille ridentem inſpexi. quid tñ illud erat quod tibi maxime riſum mouebat? MI. Audi diuaꝝ ueneratione digniſſima. Cum enĩ apud ſuperos Tyrãno & mihi cõmune fuiſſet domicilium: diligẽtius animaduertebam: quę per eum gererẽtur: & ita ut mihi tum deo cuipiam ſimillimus eſſe uideretur. ex ipſoq; purpureo flore quo induebatur perbeatũ exiſtimabam. Inſup & ſequẽtium ſe turbam: auꝝ & uaſa gẽmis ornata lectuloſq; argẽto excultos & pate cene nidorem. qui me ſuffocabat: cõſpicatus. diuinus quidam uir mihi & pbeatus apparebat: adeo ut reliquos hoĩes quaſi multũ pulchritudĩe anteire uiderẽ & forma. ſiqdem elatus mẽte: grauiter & diſtẽta ceruice obuiis qbuſq; terribilis & minax incedebat. poſtq̃ uero nature cõceſſit: deliciis ſpoliatus ridiculus quidã mihi uiſus eſt: nec minus meipm irriſione dignũ exiſtimo: q tale ſcelus demirarer ex nidore coniectans hominis felicitatem: & ob cocleaꝝ ſanguinem que in laconico ſunt mari: beatũ dicerem: neq; hũc ſolum: ſed feneratorem etiã Gnifonem: quem nũc uideo ingemiſcentem & penitentem: q ſuis nõ ſit pecuniis perfunctus.

ſed illis inguſtatis obierit mortem: prodigo et inceſto Rodochari bona relinquẽs ſua. Is enim proximus ſibi erat genere: unde & primus lege in hereditatem uocabatur. itaq; nõ poſſum mihi ſatis a riſu temperare. pſertim cum memor ſim q̃ ille pallens ſemper eſſet & ſqualidus: ac frontem curis oppletus: ſolis digitis: quibus talenta innumera cõputaret: diteſcens: paulatim colligẽs que paulopoſt per beatum Rodocharem effunderẽtur. Sed quid nõ abimus? Inter nauigãdum nãq; dabitur & de reliquis ridendi locus: qñ & hoſce uidemus cõgemere & lamentari. CLO. Ingredere: ut & ancoram ſuſpendat portitor. CHA. Heus tu quo tendis? referta nobis eſt iam ratis hec & oppleta: operire incraſtinum: te enĩ prima luce trãſuectabo. MI. Haud recte mecum agis o Charon: cum me inanem & leuem relinquis mortuum. eqdem iniurie per me apud Radamãthum inſimulabere: Oe q̃ male mecũ agitur: iã nauigãt: ipe uero hic relinquor ſolus. Verũ cur nõ ad ipſos enato. neq; enim uereor ſi forte defecerim: cum ſim mortuus ut demergar. Inſuper neq; obolum habeo unde pro traiecto mercedem dependã. CLO. Quid illud? mane

o Micylle: nõ enim fas est te hoc pacto tranare
MI. Quinetiam uos forte nando preueniam.
CLO. Nequaq̃ o Micille. nos uero hunc ad
nauigãtes excipiamus. Tu uero o Mercuri cõ-
pone eum & cura. CHA. Vbi nã assidebit?
oppleta sunt ut uides oĩa. MER. Humeris
& dorso si uidetur Tyranni. CLO. Recte
Mercurius excogitauit. ascende itaq; & collũ
scelesti Tyrãni huius inculca. nos uero recta na-
uigemus. MI. Heus tu o Charon: optimum
esse arbitror: uel hinc tibi uera predicere. ego cũ
nauigandi finem fecero: careo quem tibi dem
obolo. Nihil. n. mihi preter hãc peram & lignũ
hoc ut uides inest: reliqua paratus sum ferre que
lubent: uel si me speculatorem esse iusseris: aut si
rectum mihi & ualidum remum concesseris: nihil
eris de me questus. CHA. Remiga. Id enim
ex te accepisse erit satis. MI. Vel si qppiam
esset succinẽdum. CHA. Per Iouem si nautici
cuiuspiam fueris carminis gnarus? MI. Noui
pleraq; o Charon: sed obstrepũt hi ut uides de-
plorãtes: ita ut nobis cãtus oĩs obturbaretur.
MORTVVS. Heu qualis mihi facta est
rerum iactura: quos agros reliqui: At at qualem

domũ:quot talẽta meus heres suscepta heredi-
tate male dispẽdet:c:e nuper natos quos dimisi
liberos:qs uero uineta que anno superiori plan-
taueram leget:uel faciet uindemias? MER.
Micille tu uero nihil quereris:neq; enĩ fas est
quemq̃ apud nos sine lacrimis traicere. MI.
Desine:nihil est quod deplorãdum censeam:cũ
tam bona utar nauigatione. MER. Tamen
pro cõsuetudine uel paululum ingemisce. MI.
Ingemiscam itaq;:qñ id tibi uidetur o Mercuri
Ve mihi:ubi nã mea sarcita sunt coria:heu ubi
& uetuste crepide:at at:ubi putrescentes & ob-
solete ocree. non enim ipse amplius:a mane ad
uesperum usq; manebo impastus:neq; per hiemem
discalciatus et seminudus uagabor:dentes pre
algore cõcussans. quis igr̃ meum habebit cultrũ
& subulam? MER. Satis deploratũ est:iãq;
propemodum nauigãdi finem fecimus. CHA.
Agite persoluite iam pro transuectati one hac
mercedem:& tu om̃ium primus o o Micille redde
obolum. MI. Iocaris o Charon:uel in aquã
ut aiunt scriptitas:sperãs a Micillo obolum te
aliquem acceptuꝝ. primũ eqdem ignoro utrum
quadratus obolus iste sit:an rotundus. CHA.

O uenatõem optimã hodiernã hãc:& lucriplenã Sed ꝓdite iã,mihi nãq; equos boues & canes:ac reliqua animãtia adeundum est:traiectura·n·& illa sunt. CLO. Recipe hosce tu o Mercuri & ducito.ipsa uero ad alteram fluminis partem nauigatura sum. Indopatrem & Hiraminthrem deductura: ii enim cũ pro terre limitibus altercarentur abinuicem cõtrucidati sunt. MER. Proficiscamur o uos: immo ex ordine omnes me sequamini. MI. O Hercules quales he sunt tenebre. Vbi nunc formosus Megillus? uel qs hic queat discernere: utꝝ Simmiches pulchrior frinis sit: cuncta enim equa & colore sunt pari: nullaq; hic ẽ inter bonum & melius comparatio. nã & attritum hoc pallium quod mihi autehac deforme uisum est:imperatoris purpure efficitur simile.inuisibilia nãq; utraq; sunt & eadem caligine operta. Tu uero o Cynisce ubi nã gentium es?. CI. Hic sum:te alloquor o Micille.ueꝝ una si lubet incedamus. MI. Recte inquis: ingere mihi dexteram.dic mihi fuisti unquã in eleusiniis sacris iniciatus? CIN. Id scilicet. MI. Nonne & tibi hec esse similia uidentur? CI. Recte inqs. Sed ecce aꝓpinquat quedam

tedam gestās trux & minax prospiciens: nū quid hec Erinys est? MI. Ita apparet ex habitu. MER. Excipe hos o Thesiphone. ecce quatuor sunt & mille. ERINIS. Atqui iādiu uos Radamāthus prestolatur. RADAMANTHVS. Producito hosce o Herines Tu uero o Mercuri: pronuntia & cōuoca. CI. O Radamanthe: per tuum te genitorem oro: me primum oīum deductum ad te: contemplare & inspecta. RA. Cuius rei gr̄a. CI. Velim enim incusare quempiā & enuntiare: quot mala quoꝝ ipe non sum nescius: in uita gesserit. itaq; neq; ipe ea enarrans fide dignus haberi possum: nisi prius appaream qualis sim & quēadmodum uixerim. RA. Quis nam tu es? CI. Cyniscus: o optime tu: animo ac mente philosophus RA. Huc accedito & prior iuditium adito. tu uero cōuoca accusatores. MER. Quicunq; Cyniscum hunc accusaturus est: huc prodito. CI. Nemo accedit. RA. Id mihi nō facit satis o Cynisce. Veꝝ exuare: ut te uel ex ipsis stigmatibus & signis contempler. CI. Vbi ego stigmaticus factus sum & obsignatus. RA Quecunq; enim uestꝝ quispiam in uita improbe

gesserit: pro his singulis subobscura quedam signa: anime impressa profert. CI. Ecce adsto iam tibi nudus. itaq; discerne hec que dicis signa RA. Quo prorsus iste nitidus & tersus est. pter tria hec stigmata aut quatuor subnigra admodũ nec satis patentia. Ve℞ quid illud est: uestigia hec & pleraq; inustionũ signa: nescio quo pacto deleta sunt & absterſa: qnimmo abrasa & abscisa: quo nam mõ hec se habent o Cynisce: uel unde tam mũdus effectus es? CI. Dicam. Olim cũ essem ex imperitia improbus: & ea propter plurima mihi stigmata uendicassem: postq̃ celerrime philosophari occepi: usus tam bona ac perutili medela: paulisper ex anima maculas abstersi oẽs & dilui. RA. Proficiscere itaq; ad beato℞ insulas: cum optimis una futurus: accusandus tamen est per te prius: quem dicis Tyrãnus: tu o Mercuri uoca alios. MI. Certe o Radamãthe qđ ad me spectat pusillum est: & breuiori inquisitione indigens: asto enim tibi iamdiu nudus. itaq; & me circumspice. RA. Quis enim tu es? MIC. Cerdo & coriarius Micillus. RA. Bene habet o Micille: nitidus totus es & incircumscriptus. ito & tu cum Cynisco hoc

Tyrannum iam uoca. MER. Megapêthes
lachiti: Tyrãnus adesto: quo te uertis: accedito
te Tyrannum appello: corripe eum & produc o
Thesiphone in medium: & apprehenso collo cõ-
pelle. RADA. Tu uero o Cynisce: argue
hunc & incusa. uir enim hic in propinquo est.
CINI. Quod primum est & maximum: neq;
uerbis in accusando hoc est opus: cognosces·n·
hũc mox ex ipis stigmatibus qualis fuerit. ueꝝ
tamen detegam ipse tibi hominem: & dicendo
ostendã clarius. que autẽ detestabilis hic egerit
cum priuatã uitam duceret: pretermittẽda mihi
uidentur. Postq̃ uero audacissimos quosq; armis
munitos sibi asciuit: & ciuitati insurgens Ty-
rannus effectus ẽ: iniudicatos occidit ultra mille
& bona singuloꝝ diripuit. Cũ autẽ ad diuitiaꝝ
apicem esset hoc pacto euectus: nullã impietatis
& sceleris speciem ommittẽs: quauis crudelitate
& iniuria in ciues usus est. uirgines enĩ corrupit
ephebos dehonestauit: & quouis modo fuit sub-
iectis iniurius. Ob insolentiam uero hominis &
animi tumorem: & in obuios quosq; supercilium
& minacem obtutũ: nemo unq̃ de eo posset digne
supplicium sumere. facilius·n· q̃s solem potuisset

q̃ hunc fixis & immotis oculis intueri. penaꝝ uero genera & modos ad crudelitatem inuenta enarrare nemo posset. In inferendis autem supliciis istiusmõi & penis uel domesticis ac familiaribus ipis: haud abstinuit. hec itaq; ne forte uana & leuis quedam in eum uiciorum uideatur obiectio, affirmabunt sane q sunt per eũ enecti: si illos excieueris: quinetiam inuocati ut uides: adsunt: & eum circumsistunt: urgentq; undiq; & premunt. hi omnes o Radamanthe sunt ab impurissimo hoc & insidias passi et necem: partim uxoꝝ gratia q decore essent: partim q egerrime ferrent suos liberos ad dedecus & flagitiũ rapi: partim etiam q locupletes essent & ꝓbi: & q̇bus res sue geste minus placerẽt. RADA. Quid ad hec dicis o inquinatissime. MEG. Quas narrat cedes: perpetraui equidem: reliqua uero adulteria & epheboꝝ iniurias: ac uirginum incestationes falso in me Cyniscus comentus est. CINI. De his oĩbus o Radamãthe testes producam. RADA. Quos istos dicis? CI. Voca o Mercuri Tyranni huius Lucernam & Lectum. hi enim cum accesserint perhibebunt quoꝝ sunt gnari testimonium. MER. Lectus

& Lucerna Megapêthes adestote: o benefactũ Ecce adsunt dicto audiẽtes. narrate ergo quoꝝ estis Megapenthi huic conscii: & tibi o Lecte sit locus dicendi prior. LECTVS. Vera omnia Cyniscus Tyrannum criminando dixit. me uero o Radamanthe pudet dicere: cuiusmõi essent que me desuper gesserit. RADAMA. Apertissimum ad hec oĩa satis tuum hoc facit testimonium. siqdem ea explicare haud tolleras. Tu uero o Lucerna dicito & ipsa de Tyranno quid sentias. LVCERNA. Qualia ille interdiu egerit: clam me habent: nõ enĩ aderam. que uero noctu tum factitaret: tum pateretur: tedet dicere. uidi tamẽ pleraq; que nec dici possunt: & qduis facinus & scelus excedunt. unde persepe cum extingui mallem q̃ ea spectare: abstinebam oleo. ille uero me uel inuitã applicabat his que gerebãtur: & lucem mihi ꝑrsus inquinabat. RADA. Satis iã habemus testium. ueꝝ exuare hac purpura: ut & stigmata enumeremus. pape: totus hic liuore oppletus & obscriptus est: immo luridus & obnigratus ex stigmatibus ipis & teter factus. Quo nam igitur afficiendus est supplicio? nempe in flegethontis immittendus

66

est ignem: uel Cerbero ipsi tradendus. CIN. Minime. Verum si id animo est: nouam tibi ac decentem suggeram penam. RADA. Dic ut & ipse tibi ob eam rem maximam habeam gratiam. CINI. Mos est cunctis cum uita excesserint: obliuionis aquam ebibere. RADA. Id quidem admodum. CINI. Is itaq; solus sine potu maneat. RADA. Quamobrem. CIN. Grauiorem. n. subibit cruciatum: si suas delicias reputando meminerit: qualis antehac fuerit: & quam esset in uita potens. RADA. Recte inquis. condemnatus itaq; & apud Tantalum deductus alligetur: eorum memor que uiuens gesserit.

EXPLICIT. CHARON.

D Ispone tu sedilia & scamna: & appara locum uenietibus. tu autem siste deinceps: & pduc in medium uitas istas: sed prius exorna eas: ut formosa & decora facie uideantur: ut q̃ plurimos adducant & alliciant ad se. Tu uero Mercuri excãta & conuoca: fortuna pspera: ad mercatum emptores iam adesse. uendemus .n. philosophorum uitas omnis generis: sectarũq; uariarũ: ac si quis nequeat statim argẽtum soluere: in proximũ annũ sarciet dummodo cõstituerit spõsorem Vendamus itaq; MERCVRIVS Quem uis igitur ut producamus primũ VENDITOR. Nẽpe istũ capillatũ Ionicum: nam & honestus esse uenustusq; uidet̃. MER Heus tu pythagorice: descẽde: & pbete uisendum his q sunt collecti. VEN. Excãta iam. MER optimã uitã uendo & uenustissimã Quis emet? quis plusq̃ homo eẽ uult? quis scire totius mundi armoniam: & reuiuiscere iterum? EMPTOR Vultu quidem atq; specie nõ degener. Quid autẽ scit maxime? VEN. Arithmetricã: astronomiam: pdigia: uatem summum

uides. EMP. Licet ne pcontari eũ· VEN. pcõtare in rē bonã. EMP. Cuias tu es? PHILOSOPHVS. Samius EMP. ubi es eruditus. PHI. In egipto: apud eos qui ibi sunt sapientes. EMP. Age: si te emam: quid me docebis? PHI. docebo qdem nihil: sed cõmonefaciam. EMP. Quonã modo cõmonefacies? PHI. Cum nitidũ prius animũ reddidero: & insitam in eo sordem eluero. EMP. Sed putato me iam nitidum esse factum: quis modus est cõmonefaciendi? PHI. principio longum silẽtiũ & mutitas: & qnq; totos ãnos loq nihil. EMP· Tempus iam tibi est o uir optime cresi puerum erudire? ego enim loquax: non statua esse uelim. Verumtamẽ: quid post illud silentiũ atq; quinquenniũ? PHI. Musicam & philosophiã exercebis. EMP. leta atq; lepida dicis: si pus me cytharedũ fieri: deinde esse sapientẽ oportet. PHI. Deinde etiam numerare. EMP. numerare scio: etiam nunc. PHI· Quomõ numeras. EMP unum duo tria quatuor: PHI. Vides que tu putas quatuor. eadem decem sunt: & triangulum integrum. & nostrum iusiurandum. non maximũ igit̃ iusiurandũ sunt quatuor· EMP·

Nuuq̃ diuiniora neq; magis sacra uerba audiui:
PHI. Post autẽ o hospes: cognosces de terra.
& aere & aqua & igne: quis eis sit impetus: & qua
existant forma cum mouent. EMP. Formam
habent ignis. aer. & aqua? PHI. Vel maxime
manifestam. non enim possunt sine forma & sine
figura moueri. Preterea cognosces deum numeꝝ
existentem & intellectum & armoniam. EMP.
Mirabilia dicis. PHI. Insup adhec que dicta
sunt: & te ipsum unũ putari & eundem aliũ aspici:
& alium existere intelliges. EMP. Quid ais?
alius sum: & non hic qui nũc dissero & loquor ad
te? PHI. Nunc quidem hic es: olim autem in
alio nomine imaginabare: spatio aũt & processu
tẽporis: iteꝝ in aliud quiddam transibis. EMP.
Hoc ais: immortalem me futuꝝ: mutatũ in forãs
plures. Sed hec quidem satis sunt: que uero ad
quotidianum cibum pertinent in his qualis es?
PHI. Animal quidem nullum epulor: cetera aũt
preter fabas. EMP. Cuius causa habes fabas
fastidio. PHI. Minime uero: sed sacre sunt: &
miranda eaꝝ est natura. principio uirus omnino
sunt: & si uiridem fabam exuas: uidebis uirilibus
genitalibus similẽ eã germine ac pullulo: coctã

uero si dimittas ad lunam: noctibus permensis &
moderatis sanguinem facias: & quod maius est:
Atheniensibus est lex: fabis magistratus capere
EMP · Omnia bene locutus es: & rebus sacris
digne. Sed exuare: nã & nudum te uidere uelim
O Hercules: aureũ est sibi femur deus nõ homo
esse uidet᷑. Quare emã certe eum. Quanti hunc
uendis? VEN. Decem minaꝝ. EMP. Acci-
pio VEN Scribe ẽptoris nomẽ & unde ẽptor ipe
sit. Italus quidã esse uidet᷑ ex his q circa croto-
nam & tarẽtum & huiusmõi greciam habitãt At
qui nõ unus sed pene trecenti eum emerũt. abdu-
cãt. Aliũ producamus. MER. Vis squalentẽ
illum ponticum? VEN. Admodum equidem
MER. Heus tu qui perã suspẽsus & humeros
atq; brachia detectus: ueni: & in gyrum circumi
consessum. uitam uirilem uendo: uitam optimam
& generalem & liberã. quis emet? EMP. O pco
quonam modo dixisti? uendis liberum hominem.
MER. Equidem. EMP. Deinde nõ uereris
ne tibi litiget seruitutis per te illate: aut te pro-
uocet ad ariopagum? MER. Nulle sibi cure est
uẽditio: putat enĩ esse omĩno liber. EMP. Quid
autem quispiam isto homine utatur: sordenti &

absolescēti calamitoseq; disposito: nisi forte hēe eum fossorem & lixam portatoreq; aquariū oporteat? MER. Neq; id solū; sed etiā si hostiariū: ianitorēue astituas: multo fideliore canibus uteris: Deniq; cāis sibi etiā est nomē. EMP. Cuias autē est, & quā industriam disciplinamq; ꝓfitet? MER. Ipsum interroga. EMP. Ita enim facere melius est: timeo uultū eius tristē & seuerum & obstipum: ne me latret adeuntē: aut per Iouem ne me etiā mordeat. nonne uides ut extulit lignū & distrinxit supercilia: & trux & minax biliosusq; respicit. MERCVRI. Ne time māsuetus enim est & perhumanus. EMP. Principio: uir optime ex qua terra es? PHI. Ex quis terra. EMP. Quonā modo istud ais? PHI. Mūdi ciuē uides. EMP. Quem aūt emularis? PHI. Herculem EMP. Cur igit etiā nō pellē leonis induis? nam quantum in ligno est appares similis illi. PHI. Hoc mihi leonina pellis est: fuscū amiculum: atq; ut ille. quōdam militauit: sic ego etiā milito aduersus uoluptates nō iussus sed uoluntarius: expurgare: lustrareq; uitā exoptans mihiq; ꝓponens. EMP. Euge Diogenes cum ista optione tua: atq; proposito. sed quid te

scire maxime dicamus: aut quã tenes artẽ. PHI. Liberator sum hominũ & medicus uitiorum: & que summa est: ueritatis & fiducie ꝓpheta esse uelim EMP. Age o ꝓpheta si te emã qua me ĩstitues exercitatione? PHI. Principio te accipiens & exuens deliciis: & inopia: penuriaq; concludẽs: induam awiculum. post autẽ laborare & lassessere te cogam: humi dormientem: bibentemq; aquã: impletũ & saturatum cibis: cuiusmodi forte cõtigerint. pecunias uero si habeas: feres ad mare & iniicies: si obtẽperare mihi uelis. nuptias uero negliges & pueros & patriam: & omnia tibi pro deliramentis ac ineptiis erunt: paternãq; domũ destituens ac repudiãs: aut sepulchrũ tumulũue habitabis: aut desertã turrẽ aut doliũ aliquod: peraq; tibi lupinorũ sit referta: & pone scriptorũ codicum. atq; ita te habens: beatiorẽ te esse dices magnis ac claris regibus: ac siqs te flagellet aut torqueat: nihil hoꝝ triste duces. EMP. Quonã modo istud ais me non dolere flagellatum? non. n. testudinis aut locuste piscis tergore amictus sum. PHI. Euripidis illud imitabere: parum immutans. EMP. Quod illud est? PHI. Dolebit tibi mens: ligua sine dolore erit. que aũt

maxime oportet adesse tibi sunt hec:,pcacem conuenit esse & ferocem: & obiurgare omnibus: deinceps & regibus & puatis. sic. n. omes spectabũt te & uirilem existimabũt: barbaraq; tibi sit uox: & sonora loquela: ac plane similis cani: sonus uultusq; sit intẽtus: & huiusmodi uultum decens ãbulatio: omioq; effera ut bestia: & siluestria omia tua sint: pudorq; & eqtas & modestia & moderatio absit: ipmq; erubescere expoli a uultu tuo & abstringe: & abrade penitus. Ex omnibus aũt locis sequere celeberrima queq; loca & maxime populosa. & in eis ipsis solus atq; insociabilis. esse uelis: non amicum non hospitem admittens dirues. n. & demolieris: que sunt principatus. In conspectu autem omniũ: que ne priuatim & seorsum faceret quispiam: ea fidens ipse fac. reiq; uenereе elige ea que magis ridicula & iocularia sunt. Postremo si tibi uideatᷣ polipum crudum: aut sepiã epulatus emorere. hãc tibi beatitudinẽ cõciliamus E M P

Abi. dira. n. & polluta non humana dicis. PHI. Sed facillima heus tu sunt hec & leuissima: percensere ac percurrere. non. n. opus tibi erit erudicione & rationum & deliramentoꝝ. sed breuis est hec tibi uia ad gloriã. nam & ideota si sis: aut

coriarius: aut tergorum molitor: aut salsamētoꝝ
VEM. Aut faber tignarius: aut numularius &
collybista nihil te ꝓhibebit admirādū esse: si mō
impudētia & audacia adsit: & obiurgare bene di-
diceris. EMP. Adhec quidem tui nō indigeo.
Nauta aut ortulanus siue olitor in tempore for-
tasse fueris: presertim si absoluere te iste uelit ad
summum duorum obulorum. VEN. Accipe &
habe. & enim libenter isto homine carebimus. qui
ita inquietat & uociferat: & oībus omnino in-
iuriatur & maledicit. Voca alium cireneū istum:
qui in ueste purpurea & coronatus est. Agedum
attendant omnes: preciosa res hec: & diuitibus
hominibus indigens: uita hec iocunda & suauis:
uita terbeatissima: quis delicias desiderat? quis
emit maxime lautum & delicatū? EMP. Veni
tu & eloquere quaꝝ rerum gnarus es. emā enim
te si sis utilis atq; commodus. VEN. Ne uexa
eum o uir optime neq; ꝑcontare: ebrius enim est:
itaq; nūq̄ tibi respōderit cū ita lubrica ligua per
lapsetur. EMP. Et qs prudēs aut recte sapiēs:
ita corruptū & incontinens mancipium emerit?
at quātū etiam spirat unguentoꝝ: ut titubans &
gressibus trāsuersis ābulat? sed tu saltē Mercuri:

dic quot bona sibi adsunt: & que sunt ea que sectatur. MER. Summa quidem uidetur in hoc homine: quod & conuiuere dexter & cōpotare idoneus & comessari cum tibicina: aptus est: amāti prodigoq; domino: Alia etiā uident esse in eodē. nam & placentaꝝ bellariorumq; gnarus: & cocus peritissimus: & sophista totus uoluptatis ac libidinis est: fuit enim ipse athenis eruditus: seruiuit per Siciliam tyrānis: uehementerq; eis & mirifice ꝓbabatur. Caput autem huius secte est: omnes cōtemnere: omnibus uti: undiq; colligere uoluptatem. EMP. Tempus iam tibi est aliū ꝑspicere emptorem ex his diuitibus ac pecuniosis: nō ego sum accōmodus hilarem uitam emere. VEN. Iuuenalis uidetur o Iupiter hic nobis manere. remoueto hunc: alium producito. precipue duos istos: alterum ridentem ex abdero: alterū flētem ex epheso. simul enim eos uendere uoluntas est: Descendite in mediū. Duas optimas uitas uēdo atq; omiū sapiētissimas uitas. EMP. O Iupiter que est ista contrarietas? alter enim ridere non intermittit: alter uidetur quenpiā lugere. ꝑpetuo .n. lacrimat. Quid ista? heus tu qd rides? PN. Interrogas: nempe qa ridicula mihi qdē uident

& uestra omnia: & ipsi uos. EMP. Quonã modo istud ais? nos omnes derides: resq; oẽs nostras putas ꝓ nihilo. PHI. Sic habet. studiosum. n. in eis nihil: inania omnia & attomoꝝ motus atq; infinitio. EMP. Non ita certe est: sed tu inanis ꝙ uerissime & demens atq; rudis: o iniuriã: ridere nõ desistes? Tu uero quid fles o uir optime? esse enim multo melius puto alloq te. PHI. Reor enim o hospes: humanas res lamentabiles & lacrimosas: nihilq; earum esse quod non sit corruptibile: quare misereor ea & queror: atq; ea que nunc sunt presentia non puto magna. que uero posteriore tempore erunt: omnino tristia. dico aũt exustiones & totius mundi calamitatẽ: hec lamentator: & ꝙ stabile nihil. sed tanquam in poculum confusa omnia conuolutantur. & est hoc. Iocunditas: iniocunditas. notitia: innotitia. magnum: paruum, sursum: deorsum: circumeuntia: & alternantia. Quid enim est euum? puer ludibundus: ludensaleam & differens. Quid sunt homines? dii mortales. Quid autem dii? homines immortales. EMPTOR. Obscura heus tu: & cognitu difficilia: scrupulosq;: & uerborum inuolucra cõpõis. plane. n. (sicut obliquus appollo)

nihil declaras ac planum facis. PHILOSO
Nulle enim mihi cure estis. EMPTOR.
Ergo: nec emet te quisquam recte sapiens. PHI
Ego autem omnes ex ordine atq; ex etate: ulu-
lare iubeo: simul eos qui emũt & q nihil emunt
EMPTOR. Hoc malum non longe ab insa-
nia est: neutrum ego horum emam· VEN-
DITOR. Inuenales manent & ii· excãta aliũ
MERCVRIVS· Vis atheniensem illum
lepidum & facundum? VENDITOR·
ADmodum equidem. MERCVRIVS
Heodum ueni tu. uitam bonam uendimus. quis
emit uitam sacratissimam? EMPTOR. Dic
mihi tu quid scis maxime. PHILOSO. Ama
tor puerorum sum: & sapines in re uenerea. EM
PTOR. Quo igitˀ modo ego te emero? peda-
gogi enim egebam: cum mihi formosus puer sit.
PHILOSOPHVS. Quis autem me ipo ap-
tior existat; commanere & una esse cum formoso?
etenim non corporum amator sum: animã opinor
formosam. Deniq; etiam si sub eandem ueстẽ mihi
adiaceãt; audies eos a me nihil graue esse passos
EMPTOR. Incredibilia dicis: amatorem
puerorum non ultra animam quicquam querere &

in ea solum esse curiosum: presertim in eadē ueste
decubantem cum facultate atq; licētia. PHI.
LOSOPHVS. Atqui: iuro tibi canem & pla
tanum hec ita se habere. Quid tu dicis? Non
tibi uidetur canis esse deus? Non uides anubim
in egipto quantus & incelo sirium: & aput infe
ros cerberum? EMPTOR. Recte dicis
ego autem deerrabam· sed quis tibi est uiuendi
modus? PHILOSOPHVS. Ciuitatem
mihi quandam effinxi: & eam habito: utorq; repu
blica noua: & leges puto meas. EMPTOR.
Audire uolebam unum id ex uestris opinionibus
PHILOPHVS. Audi iam id quod est maxi
mum quod de mulieribus mihi uidetur· Nullam
mulierem cuiusquam esse unius: participemq; nup
tiarum esse unumquemq; qui uelit. EMP.
Hoc ais: sublatas esse de adulterio leges? PHI
LOSOPHVS. Per Iouem: & simpliciter
omnem super his parsimoniam. EMPTOR.
Quid autem de pueris tibi uidetur: pulchritu
dinem decoremq; habentibus? PHILOSO.
Et hi erunt optimatibus premiū sauiari: preclaꝝ
qppiā iuuenileq; operatis. EMP. O donationē
& magnificētiā. Sapiētie aūt quod tibi caput est?

PHI. Idee: & exempla rerum omnium que sunt. Quecumq; enim uides: terram: & que sup terrã: celum & mare: horum omnium imagines obscure existunt: extra res omnes. EMP. Vbi autẽ existunt? PHI. Nusq̃. si enim usquã essent: nõ essent. EMP. Non uideo ista que dicis exempla. PHI. Merito. cecus enim es ipsius anime oculos. ego autem rerꝫ omnium uideo imaignes: & te quoq; uideo obscurum & manifestum & me quoq; aliũ uideo & omnino duplicia oĩa. EM. Ergo emendus es cum sis sapiens. & acuta acie pspicax. age ut uideam quid me petes: aut quid exiges pro hoc homine tu. VEN. Dato talenta duo. EMP. Emi quanti ais: argentum tamen soluam imposterum. VEN. Quod tibi nomen est? EMPT. Dionisius syracusanus. VEN. Sume & abduc in rem bonam. VEN. Te epicureum iã uoco. quis emit hunc? est enim ridentis illius discipulus & ebriantis quos paulo ante uenditabamus. unum autem hic. plusq̃ illi sciuerunt. ꝙ religiosior & magis pius est. ad cetera idem iocundus: liguriãdiq; amicus. EMP. Quod est pretiũ? VEN. Due mine. EMP. Sume. illum autem quempiã? ut sciam qbus cibis

letet. VEN. Dulcibus & mellicis & maxime siccis ficubus uescitur. EMP. Nihil hoc difficile. ememus. n. ipsi palathas massasq; caricaꝝ. VEN. Vcca alium: tristem illum qui est ex fornice: & longe ac late detonsum. tonsurã enim requirit adusq; cutem. MER. Recte dicis. uidetur n. prestolari hominẽ magna multitudo: ex hiis qui ad nundinas forũq; diuertũt. VEN Ipsam uirtutem uendo atq; omnium pfectissimam uitam. Quis scire omnia solus uult. EMPT. Quo nam modo istud ais? VEN. Nempe qa solus hic sapiens: solus pulcher: solus iustus & uirilis & diues: & rex & orator: & lator legum: & alia quotquot sunt. EMP. Ergo & cocus solus: & me Ioue etiã coriarius aut tignarius: & alia huiusmodi. VEN. Ita uidetur. Veni o uir bone: & dic ad emptorẽ quis es: & illud imprimis: an feras moleste cũ uẽderis: & es seruus. PHI. Haud quaq̃. non enim in nobis sunt hec: quecumq; autem nõ in nobis sunt. differentia esse contingit. EMP. Non intelligo quid dicas. qd ais? PHI. Non intelligis. ꝙ que huiusmõi sunt: eorum alia sunt producta & promota: econtrario autem rursus alia sunt improducta &

impromota. EMP. Ne nūc quidem intelligo. PHI. Non. n. es consuetus nostris nominibus: neq; deprehensiuā imaginationē habes. At uero studiosus ille qui rationalē perspiciētiam didicit: non mō hec scit: sed etiam quid significat accidens: & adaccidens: & quēadmodum & quantum inter se eadem differunt. EMP. Te p sapientiā obsecro ne inuideas saltem hoc ipsum dicere: qd est accidēs & adaccidēs? etenim haud scio quonā modo obstupui: istoꝝ modulo concinnitateq; pculsus. PHI. Nulla est inuidia. Cum enim quispiam si sit claudus: illo ipso pede claudo lapidem offendat: & ex improuiso uulnus capiat: habebat hic certe claudicationem idest accidēs; Idēmq; nunc assumpsit uulnus. idest adaccidēs. EMP. O ingenium & solertiam. Quid autem aliud te maxime scire dicis? PHI. Nempe sermonum perplexiones: quibus supplanto eos qui me alloquuntur: & obstruo eis os: & silere eos cogo: frenum: ut aiunt in fabrum eis opponens. nomen autem huius scientie est memorabilis sillogismus. EMP. O. Hercules: uiolentū qddam atq; inexpūgnabile dicis. PHI. Cōsidera igit᷑. est tibi puellus? EMP. Quid tū? PHI.

Nunc si forte cocodrillus rapiat erratē: nactus prope amnem: deinde se tibi restitutuꝝ polliceat᷑ si uerum dicas: quid tibi uidetur de restitutione infantis? quid dices eum sentiri? EMP. Rem interrogas responsu difficilem: hesito enim & incertus sum. utram ex duabus sentētiis cū dixero recipiam. Sed tu per Iouem obsecro responsione usus: repara: recuperaq; mihi filiolum: ne forte anteuertat ille atq; deuoret. PHI. Confide: nā & alia te docebo admirabiliora hiis. EMP. Que ista? PHI. Eum qui metit: & q dominat᷑ & electram: & eum qui opertus est. EMP. Quem istum opertum: aut quam electram dicis? PHI. Electram quidem illam agamemnonis que simul scit nescitq; eandem rem: astante enim sibi horeste fratre suo adhuc ignoto: scit certe horestē ꝙ frater suus est: hunc autē horestem esse nescit. illum autem qui opertus est & mirabilē admodū rationem audies. respōde enim mihi. patrem tuū scis. EMP. Vtiq;. PHI. Quid igitur si tibi quempiam assistam uelatū. & interrogem an hūc scias. quid dices? EMP. Scilicet me nescire. PHI. Atq; hic ipse erat pater tuus. Itaq; si hūc nescis: perspicuum est te patrem tuum nescire.

EMP. Non ita est: nã detegens eũ cognoscã id quod est uerum. Veruntamen quis est tibi finis sapientie: aut qd ages cum ad uirtutis summum deueneris? PHI. Ad ea tunc ueniam & circa ea ero que sunt prima secundum naturam. dico autem diuitias sanitatem: & que sunt huiusmodi. prius autẽ est necesse multa ante laborare: & tenuiter libris scriptis uisũ apponere: & interpretationes explanationesq; conglomerare: ac soloecismorum absurdorumq; uerborũ impleri & saturari: ac quod est caput nullũ fas est fieri sapientem: nisi ter deinceps ueratz bibat. EMP. Strenua sunt hec tua & acriter uirilia. uerum esse feneratorẽ usurarumq; corrosorem. hec enim tibi adesse uideo: quid dicamus ea ne esse uiri qui ueratrũ iam biberit: & ad uirtutem sit perfectus? PHIL. Vtiq;: mutuari enim & fenerari solum deceat sapientem. nam cum proprium sapientis sit syllogismis uti. mutuare autem & computare fenora proximum uideatur esse ratiõibus syllogismorum. profecto quemadmodũ illud est solius studiosi uiri: sic etiam alterum hoc ut non modo simplicia: quemadmodum ceteri: sed etiam alia fenora capere: an ignoras fenorũ alia esse prima

quedam: alia secunda: tanq̃ prolem & sobolem. Vides ne igit̃ & syllogismũ qualia dicat & ratiocinetur? uidelicet si primã usuram capiet: capiet & secundã. EMP. Ergo & mercedes dicamus quas pro tua insipiẽtia capis a iuuenibus: clarũq; est ꝙ solus studiosus mercedem pro uirtute sua capiet. PHI. Discis: nõ enim mei causa capio: sed eius qui dat. nam quia alter est dissolutus: alter cõtentiuus est: me ipsum studeo cõtentiuũ esse: te autem qui es solus diues: cupio esse dissolutorem. EMP. Cauillaris heus: tu & uerbis ipis mordes. PHI. Sed uide ne te dissagitẽ illo indemonstrabili syllogismo. EMP. Sed mihi graue a sagitta tua erit? PHI. Hesitatio & cunctatio & silentium: & distorqueri animum & cogitationem: ac quod est maximum: si uelim celerrime te demonstrabo lapidem. EMPT. Quo nam modo lapidem? non enim perseus o uir optime mihi uideris. PHI. Hoc modo: lapis corpus est. EMP. Vtiq;. PHI. Tu autem animal: uideris igit̃ lapis certe esse cum sis corpus. EMP. Nequaq̃: sed resolue me per Iouem obsecro: ac deintegro facito me hominẽ. PHI. Haud difficile est hoc: sis igit̃ rursus homo. Dic

mihi: omne animal corpus est. EMP. Vtiq;.
PHI. Quid autem: lapis animal est? EMP.
Non. PHI. Tu autem corpus es. EMP.
Vtiq;: PHI. corpusq; existẽs animal es? EM.
Vtiq;. PHIL. Non igitur lapis es cum sis
animal? EMP. Euax: recte fecisti: nam mihi
crura iam sicut inobes dirigebant: & fixa atq;
gelida erãt. sed emam te. Quautum pro isto sol-
uam? VEN. Minas duodecim. EMPT.
Sume. VEND. Solus autem eum emisti?
EMP. Nõ me Ioue. sed hii omẽs quos aspicis:
multi illi quidem & humeris firmi ac tollerantes
& metentis ratione digni. VEN. Ne remo-
rare: Voca alium. MER. Te peripateticum
dico: te honestum ac diuitem. agedum: emitote
prudẽtissimum & omĩa omnino sciẽtẽ. EMP.
Qualis aũt ẽ. VEN. Moderatus: modestus:
aptus uite: ac quod est maximũ: duplex. EM.
Quonam mõ istud ais? VEN. Alius exterius
apparet: alius esse interius uidetur: Itaq; si eum
emeris: memento: partim internum: partim ex-
ternum hominem uocare. EMP. Quid autem
maxime scis? aut quid sentis maxime? PHIL.
Tria esse que bona sunt. eaq; cõsistere: in animo:

in corpore: in rebus externis. EMP. Humana sapis. quanti autẽ est? VEN. Viginti minaꝝ. EMP. Nimium dicis. VEN. Non ita est o beate tu. etenim habere ipse argentum aliquod uidetur: Itaq; emere eum non facile preuenias. preterea cognosces ex eo: quantum culex uiuit tempus: & in quantam altitudinem mare a sole lucem excipit & illustratur. & qualis est anima ostreorum. EMPT. O Hercules quanta ista subtilitas diligentiaq; ueritatis. PHI. Quid si audias multa alia acutiora & pspicatiora hiis? de semine & generatiõe: & in uuluis fictione embrionum atq; ut homo ẽ risibile: asinus uero neq; risibile est: neq; fabricat. neq; edificat neq; nauigat. EMP. Venusta admodum dicis & utilia documenta. Itaq; emo eum uiginti. VEND. Sit. Quis nobis residuus relinquitur? nempe hic meditabũdus. Adi tu o piria citatimq; decãtare: Iã enim plures recedunt & refluunt & in paucis uenditio erit: tamen quis & hunc ipsum emit? EMP. Ego: sed imprimis dic mihi tu quid scis. PHI. Nihil. EMPT. Quonam istud modo dixisti? PHI. Nempe quia nihil penitus esse mihi uidetur: neq; quod tu homo quidã existis

EMP. Multo magis hoc ignoro. PHI. O inopiam difficultatemq; sciendi? EMPT. Sed quid tibi trutina: & examina ista uolũt. PHI. Libro atq; pondero in eis ipsis: rationes: & dirigo ad equum: atq; par: cum autem diligenter pares & equilibres uidero: tum demũ: tũ ignoro quid sit uerius. EMP. Rerum autem aliarum quid nam agas apte atq; ordine. PHI. Omnia: preterq̃ fugitiuum persequi. EMP. Quid hoc tibi impossibile? PHI. Nempe o uir bone quia non deprehendo neq; consequor. EMP. Merito. tardus enim eẽ & segnis & ignauus uideris. Sed quis tibi scientie finis est? PHI. Inscitia & ruditas: & indisciplinatio & neq; audire neq; uidere. EMP. Ergo & surdum simul & cecum te esse dicis: & sine iuditio: insuper & sine sensu: & omnino a uerme & lumbrice nihilo differentẽ. emẽdus es propterea. Quanti hunc dignũ dic's. VEN. Mine unius attice. EMPT. Cape. quid ais heus tu? emi te. PHI. Incertum est. EMPT. Nequaq̃. etenim & argentum solui. PHI. Inhibeo super hoc & delibero. EMP. Immo uero sequere me: quemadmodum oportet seruum meum. PHIL. Quis scit an uera ista

dicas? EMP. Nēpe preco & mina: & p̃sentes homines. PHILO. Adsunt enim nobis qui? EMP. Sed ego te iam coniiciens: in pristinum persuadebo te esse dominum secundum peiorem rationem. Inhibe super hoc. PHI. Non me Ioue. Sed iā enuntiaui tuliq; sententiā. VEN. Tu quidē desine contendere: & sequere emptorē qui te emit. Vos in crastinū reiicio: ut enim sunt idiote & opifices tabernarii & institores & nundinatores: & qui in uenditionibus & emptiōibus in mercaturis in cauponiis commorantur huiusmodi uitas sumus uendituri.

